
DIVI AMBROSII MEdiolanẽsis episcopi, de uocatione omnium gẽtium, libri duo.



Eucharius Ceruicornus excudebat, An. M. D. XXVIII.



ELENCHVS CAPITVLORVM LIBRI PRIMI de uocatione oĩm gentium S. Ambrosij epĩ.

DIVI AMBROSII EPISCOPI DE VOCATIONE omnium gentium, liber primus.

In quo diſſoluit pugnam diſputationis, quæ inter defenſores liberi arbitrii, & prædicatores gratiæ dei agitur. Caput .I.



NTER DEFENſores liberi arbitrij, & prædicatores gratiæ dei, magna et difficilis dudū quærit̃ quæſtio. Quæritur em̄, Vtrū uelit deus omnes homines ſaluos fieri: Et quia negari hoc nō poteſt, cur uoluntas omnipotentis nō impleatur, inquiritur. Cumq; hoc ſcd̄m uoluntates hominum fieri uideatur, gratia uidet̃ excludi: quæ ſi meritis redditur, conſtat eam non donum eſſe, ſed debitum. Vnde iteꝝ quæritur, Cur hoc donū ſine quo nemo ſaluus eſt, ab eo, qui omnes ſaluari uult, non omnibus conferatur: Atq; ita cōtrariaꝝ diſputatiōum nullus terminus reperitur, dū non diſcernit̃ quid manifeſtum, quid ſit occultū. De hac igitur compugnātia opinionum, qua mēſura & temperātia ſentiendum ſit, quantum dn̄s adiuuerit, annitar inquirere, exercens atq; diſcutiens modulum facultatis meæ in his quæ cordi meo ſobrie (quantum arbitror) inhæſerunt, ut ſi in eas regulas ꝓceſſerit ſtylus, quæ nihil offenſi-

onis,nihil habeant prauitatis, non solum nobis, sed & alijs utile sit,ad aliquem nos limitem peruenisse, quem nõ debeamus excedere. Primitus itaqꝫ de uoluntatis humanæ motibus & gradibus disputandum est.Inter quam & gratiam dei quorundam non sana discretio est,existimantiũ, ꝙ prædicatione gratiæ liberꝝ negetur arbitrium: nec aduertentium eadem regula sibi posse obijci, quod grãm negent,cũ eã humanæ uoluntatis nõ ducẽ uolunt esse,sed comitẽ. Si eñ tollit̃ uolũtas, ubi ipsa est ueraꝝ origo uirtutũ? Si tollit̃ grã,ubi est ipsa bonoꝝ causa meritoꝝ? Caput .II.

SEd iam,auxiliante Christo, quod tractando cõcepimus,inchoemus.Omni aĩæ humanæ, quantum intelligere atqꝫ experiri datur,naturaliter qualiscunqꝫ inest uoluntas,qua aut appetitur q̃d placet,aut declinat̃ quod displicet. Huius uoluntatis (quantum ad naturalem pertinet motum, ex uitio primæ præuaricatiõis infirmũ) gñа sunt duo,scd̃m quæ uolũtas hoĩs,aut sensualis aut aĩalis est.Sed cũ adest grã dei,accedit ei per donum spũs tertium genus, ut possit fieri spiritalis.Et per hũc excellẽtiorem motum,oẽs affectus undecũqꝫ nascẽtes,supnæ rationis lege dijudicet. Sensualis igitur uolũtas,quã & carnalem possumus dicere, non erigit̃ supra eum motum, qui de corporis sensibus nascit̃, qualis est in animis paruuloꝝ.Qui licet nullo iudicio rõnis utant̃,ostendunt tñ aliquid se uelle,aliquid nolle,cum uidendo,audiendo,odorando,gustando,tangẽdo,& ea quibus delectant̃,amãt:& ea quibus offendunt̃, oderunt. Quid aũt est amare,nisi uelle? aut quid

est odisse, nisi nolle? Habent ergo etiam ipsi uolũtatem suã, quæ etsi prouidendi & consulendi impos atq; ignara sit, in his tñ amat agere, quæ carnis sensibus blandiunť, donec uigor rõnalis ingenij per maturiora ministeria corporis exciteť, & ad famulantium sibi membroꝵ usum, nõ alieno motu, sed sua lege moueať. Ab hoc ergo sensuali appetitu, in quo remanẽt hi, quos etiam in annis maioribus excordes uidemus, & fatuos, ad aĩalẽ surgiť uolũtatem, quæ priusquam spũ dei agať, etiã si supra sensualẽ motum sese attollere potest, tñ sine sui amoris participatione in terrenis occiduisq; ꝟsatur. In hac humana etiã ingenia, si corporeæ uoluptati non turpiter seruiant, & cupiditates suas iustitiæ atq; honestatis legibus temperent, nihil supra mercedem glĩæ tpalis acquirũt. Et cum præsentẽ uitã decenter exornent, æternæ tñ beatitudinis p̃mium non hñt, quia rectas actiones & bona studia sua, non ad eius laudem atq; honorẽ referunt, a quo acceperunt, ut in ipsa animali discretione sublimius saperent, & excellentius cæteris enitescerent. Cum enim quidam non solum ad instituta utilissimaꝵ artium, & doctrinas liberalium disciplinaꝵ, sed etiã ad inquisitionem summi boni aciem mentis intẽderint, & inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspexerint, non agentes grãs tñ deo, nec confitentes illum sibi esse huius facultatis autorem, sed dicentes se esse sapientes, hoc est, nõ in deo, sed in semetipsis gloriantes, quasi ad ueritatis inspectionem, suis studijs atq; ratiõibus propinquassent, euanuerunt in cogitationibus suis. Et quod illu- Roman. 1

minante dei gr̃a inuenerant, obcæcante sũpbia, p̃diderunt, relapsi a sup̃na luce ad tenebras suas, hoc ẽ, ab incõmutabili atq; æterno bono ad mutabilẽ corruptibilẽq; naturã. Cũ ergo tales ĩ amore sui recidunt, & ita sibimet placent, ut totũ q̃d in se laudabile iudicãt, nõ ad dona dei referãt, sed sibi uendicẽt, & studio p̃priæ uolũtatis ascribãt, procul ab illa spiritali exulant uoluntate, & nihil in se hñt quo ad uitam prouehant̃ æternam, incipientes in semetipsis etiã illa tp̃alia dei dona corrumpere, & a bono eoꝝ usu in consuetudinẽ innumerabilium trãsire uitioꝝ. Quamuis eñ scri-

Deute. 32 ptum sit, q̃d cum dispertiret excelsus gentes, quẽadmodum disp̃sit filios Adam, statuit terminos gẽtium, scd̃m numerum angelorum dei, & facta

Leuiti. 19 est portio dñi, populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel: et scriptum sit dñm dicere ad Israel, Eritis mihi sancti, q̃a ego sanctus sum dñs deus uester, qui segregaui uos ab omnibus gentibus esse mihi. Et q̃uis scriptũ sit in libro Hester, dicente Mardochæo, Gratias tibi dñe, quoniam fecisti noua signa & prodigia, qualia nõ sunt facta in gentibus, diuidens omne seculum in sortes duas, elegisti unam tibi populi tui, relinquẽs aliã gentibus. Et Paulus & Barnabas dicant, Et nos

Act. 14 mortales sumus similes uobis homines, annunciantes uobis cõuerti ad deum uiuũ, qui fecit cælũ & terram & mare, & oĩa quæ in eis sunt, qui in præteritis gñationibus dimisit oẽs gẽtes ingredi uias suas. Quamuis ergo hæc & multa similia ueritatis scriptura pronunciet, scd̃m ipsam tñ credimus & p̃ijssime cõfitemur, q̃d nunq̃ uniuersitati

hoīm diuinæ prouidentiæ cura defuerit. Quæ licet exceptum sibi populum specialib⁹ ad pietatē direxerit institutis, nulli tñ nationi hoīm bonitatis suæ dona subtraxit, ut propheticas uoces & p̄cepta legalia cōuincerent in elemētoꝝ obsequijs ac testimonijs accepisse. Vnde et inexcusabiles facti sunt, qa deos sibi dei dona fecerūt: & quæ creata erant ad utendum, uenerati sunt ad colendū. In quam impietatem etiam illa gens, quam sibi ab oībus gentibus dñs segregauit, tota trāsisset, nisi misericordiæ suæ propositū sustentandis electoꝝ lapsib⁹ p̄tendisset. Nam plenæ sunt paginæ ueteris testamēti de Israeliticæ defectiōis relatu: ut aperte appareat diuinæ sp̄ fuisse gratiæ, quod non oīs ille populus discessit a dño. Ita humana natura in primi hoīs præuaricatione uitiatā, etiā inter beneficia, inter præcepta & auxilia dei, sp̄ in deteriorem est procliuior uolūtatem, cui committi non est aliud q̄ dimitti. Hæc itaqꝫ uoluntas uaga, incerta, instabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendū, in cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, suspicionibus inquieta, glřiæ q̄ uirtutū auidior, famæ q̄ conscientiæ diligentior, & per oēm sui experientiam miserior fruendo his quæ concupiuerit, q̄ carendo, nihil in suis habet uiribus, nisi periculi facilitatem, qm̄ uoluntas mutabilis, quæ non ab incōmutabili uoluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intēditur actioni. Quādiu ergo homini ea placēt quæ deo displicēt, uoluntas eius animalis est. Quia etiamsi in bonis morib⁹ agat, male adhuc uiuit, si nō in dei glřiam

uiuit. Hoc est enim proprium & pcipuum piorum, ut in dño glorientur, nec se nisi in deo diligãt. Bene em̃ se amant, qui in se opa dei amant. Nam & deus hoc amat in nobis, qd' ipse fecit: & hoc odit, qd' ipse non fecit. Si ergo opus dei amamus in nobis, bonam uoluntatem recte amamus in nobis, quæ utiq; si opus dei non esset, amanda nõ esset. Quis aũt homo (nisi malæ uoluntatis fuerit) bonam in se nõ amat uoluntatẽ, quæ supni agricolæ prima plantatio est? dicẽte em̃ ueritate, Oĩs
Matt. 15. plantatio quã non plãtauit pater meus cælestis, eradicabit. Quicqd nõ est eradicandum, manifestũ est a pr̃e esse plantatũ. Bona aũt uolũtas oĩm uirtutum germen est primum. Quæ innixa originis suæ in illa æterna & incommutabili uolun-
1. Corin. 6 tate requiescit, ut uere sit spiritalis. Qm̃ qui adhæret deo, unus spũs est, dum per cõmunionem illuminãtis & illuminati, iustificãtis & iustificati, regentis & subditi, omnis actio ad unum refertur, & quod ad unum refertur, utriusq; est. Quia nec a deo alienari potest quod dedit, nec ab homine quod accepit.

Caput .III.

HIc tractandum uidetur: Vtrum cũ bonæ uoluntatis esse homo incipit, eadem quæ in ipo erat corrigatur uoluntas, an alia ei quam non habebat, & quæ priori repugnet, detur. Quod ut euidentius appareat, altius id nõ pigeat inquirere. Oẽs homines in primo hoĩe sine uitio cõditi sumus, & omnes naturæ nostræ incolumitatem, eiusdem hominis p̃uaricatione perdidimus, inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis animiq; corruptio, inde ignorantia & diffi-

cultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, sacrilegi errores, timor uanus, amor noxius, iniusta gaudia, pœnitenda consilia, & non minor miseriarũ multitudo q̃ criminum. His ergo atq; alijs malis in naturam humanam irruentibus, fide perdita, spe relicta, intelligẽtia obcæcata, uoluntate captiua, nemo in se unde repararet inuenit. Quia etsi fuit qui naturali intellectu conatus sit uitijs reluctari, huius tm̃ tpis uitã steriliter ornauit, ad ueras aũt uirtutes æternamq; beatitudinem nõ profecit. Sine cultu enim ueri dei, etiam quod uirtus uidetur esse, peccatum est, nec placere ullus deo sine deo potest. Qui ṽo deo nõ placet, cui nisi sibi et diabolo placet? A quo cum homo spoliaret, non uoluntate, sed uolũtatis sanitate priuatus est, qa nec detrudi ab innocentiæ statu posset, nisi uolũtate peccaret. Quæ ergo natura erat bona, qualitate facta est mala, & ille animi mot⁹, qui nunq̃ potest sine aliquo esse amore, hoc est, sine aliqua uoluntate, nõ perdidit appetitũ, sed mutauit affectum, id recipiẽs desiderio, q̃d debuit refutare iudicio. Cum igit̃ hõ ad pietatem redit, de quo ideo dictum est, Spũs uadens & non rediens: quia nisi Psal. 77 illũ deus conuerteret, non rediret, non fit nouum figmentum, nouaq; creatura, non alia in eo creatur substãtia, sed eadem quæ fuerat labefactata, reparat̃. Nec aliud ab eo auferẽ, nisi uitium quod natura nõ habuit. Fuit eñ in Adam natura sine uitio, qui per uoluntatis inobedientiã mala multa contraxit, & in posteros magis magisq; multiplicãda transfudit. Quæ ut uincant̃ atq; in nihilũ deducant̃, nõ effecit nisi gr̃a saluatoris, qui opus

suum opere suo reparat. Sicut em̃ dicit Iohannes
1.Ioh̃.3. apl's: In hoc apparuit filius dei, ut soluat opa dia=
boli. Et sicut rumpit uincula captiui, sic uestit nu
ditatem spoliati, sic sanat uulnera sauciati, ut qd
in ipso agit, etiam per ip̃m geratur. Cui utiq; cō-
tra hostem suum non expedit sine protectore cō-
fligere. Cum illo em̃ habet certamẽ, a quo aliqñ
superatus est. Non ergo fidat de uiribus suis, quæ
etiã cum essent integræ, nō steterunt, sed per illũ
quærat uictoriã, qui solus non est uictus, & omi
bus uicit. Et si quærit, non dubitet quærẽdi affe-
ctum ab illo se accepisse quem quærit. Nec quia
spiritu dei agitur, ideo se putet liberum arbitriũ
non habere, quod ne tunc quidẽ perdidit, qñ dia-
bolo uoluntate se dedit, a quo iudicium uolunta-
tis deprauatum est, non ablatum. Quod ergo nō
interfectum est per uulnerãtem, nō tolliť per me-
dentem, uulnus sanatur, non natura remouetur.
Sed quod in natura perijt, non restituitur nisi ab
Ierem.31. autore naturæ. Dicit dñs: Et disponã domui Isra
el, & domui Iudæ testamentũ nouum, non scd̃m
testamentum quod disposui patribus eorꝝ, in die
qua apprehendi manum eorꝝ, ut educerẽ illos de
terra Aegypti: quia ipsi non perseuerauerunt in
testamento meo, & ego eos neglexi, dicit dñs. qa
hoc est testamentum quod disponam domui Isra
el post dies illos, dicit dominus, Dabo leges meas
in sensu ipsorum, & in corde ipsorꝝ scribam eas,
& ero illis in deum, & ipsi erunt mihi in populũ.
Et non docebit unusquisq; proximum suum, &
unusquisq; fratrem suum, dicens: Cognosce do-
minum, quia omnes cognoscent me a pusillo co-

rum usq; ad magnum, quia propitius ero iniqui tatibus eorum, & peccatorum eorum memor non ero. Et dabo illis uiam alterã & cor aliud, ut me timeant omnes dies in bonum ipsis & filijs eorũ post eos, & constituam illis testamẽtum æternũ, quod non auertam post eos, & timorem meũ da bo in cor eorum, ne discedant a me, & uisitabo eos, ut bonos eos faciã. Per Isaiam quoq; de grã sua dñs, qua ex omnibus hominibus nouam creaturam facit, eadem prænunciat, dicens: Ecce faciam Isaie. 43 noua quæ nunc orient, & cognoscetis ea, & faciã in deserto uiã, & in sicca terra flumina. Bñdicent me bestiæ agri, sirenæ & filiæ struthionũ, qđ dederim in deserto aquã, & flumina ĩ sicca terra ad potandũ genus meum electum, populũ meũ quẽ mihi acquisiui, ut enarrẽt uirtutes meas. Et iterum: Per meipm iuro, nisi exibit de ore meo iustitia, Isaie. 45 & ṽba mea nõ auertent, quia mihi flectet omne genu, & confitebitur oĩs lingua deo. Si ergo impossibile est ista non fieri, quia nec incerta præsci entia dei ẽ, nec mutabile consiliũ, nec ĩefficax uoluntas, nec falsa promissio, oẽs isti de quibus hæc p̃dicta sunt, sine cuiusquã exceptiõe saluant. Dat eñ leges suas in sensum ipsorum, easq; in cordibus eorum digito suo scribit, ut agnitionem dei, non doctrinæ humanæ opere, sed magisterio summi eruditoris accipiant. Quia neq; qui plãtat, neq; qui rigat, est aliqd, sed qui incrementũ dat deus. 1. Cor. 3. Oẽs hi a pusillo usq; ad magnũ cognoscunt deũ, qa ut uenirent ad Chrm, a patre audierũt atq; di dicerũt, oẽs educti ab errore dirigunt ĩ uiã uitæ, oĩbus corde mutato recta sapere & recta uelle do

natur, omnibus timor, quo in mãdatis dei erudiantur, inseritur. Fit in deserto uia, & terra arida fluminibus irrigaĩ, ut qui prius ad confitendum deum os nõ aperiebãt, & uelut muta atq; irrationabilia aĩalia in feritatẽ trãsierant bestiarũ, diuinorũ eloquiorũ fontibus mũdati, bñdicunt & laudant deũ, enarrãtes uirtutes & mirabilia misericordiæ eius, qui elegit eos, & in filios adoptauit,

Hebræ. 9. ac noui testamenti fecit hæredes. Si autẽ (ut Apl's loquiĩ) hoĩs confirmatum testamentũ nemo spernit aut supordinat, quõ fieri potest, ut ex ulla parte diuina ꝓmissio resoluaĩ? Manet prorsus & q̃tidie impletur quod Abrahæ dñs sine cõditione ꝓmisit, sine lege donauit. Quia etsi quidam quib9 hæc prædicata sunt, nõ crediderunt, incredulitas

Rom. 3. eorũ fidẽ dei nõ euacuauit. Est eñ deus uerax, oĩs aũt homo mendax. Et illi quidẽ qui audito euangelio credere noluerũt, ĩexcusabiliores facti sunt, q̃ si nullum præconium ueritatis audissent. Sed certum est eos apud præscientiam dei Abrahæ filios non fuisse, nec in illorũ sorte numeratos, de

Geñ. 18. quibus dictum est, Benediceĩ in semine tuo oẽs tribus terræ. Credituros eñ promisit q dixit, Et non docebit unusquisq; proximũ suum, & unus

Jerem. 31. quisq; fratrẽ suum, dicens: Cognosce dñm, quia oẽs cognoscent me a pusillo eorũ usq; ad magnũ. Recõciliandos promisit, qui dixit, Propitius ero iniquitatibus eorũ, & peccatorũ eorũ memor non ero. Obedituros promisit qui dixit, Dabo illis uiam alteram, & cor aliud, ut timeant me oẽs dies.

Isaię. 45. Perseueraturos promisit qui dixit, Timorem meum dabo in cor eorũ, ne discedãt a me, & uisitabo

eos, ut bonos eos faciam. Postremo omnes sine cuiusquã exceptione promisit qui dixit, Per me metipsum iuro, nisi exibit de ore meo iustitia, & vba mea non auertent, quia mihi flectetur omẽ genu, & confitebit oĩs lingua deo. Hic si dicamus nõ fieri qđ deus iurauit esse faciẽdum, falsitatem deo (qđ absit) & mẽdacium ascribimus ueritati. Si aũt ut pietas fidesq; ꝑsuadent, dei vba non excidunt, & fit omnino quod statuit, quõ nobis ueracis promissionis firmitas apparebit, cum multa adhuc hoĩm milia dæmoniis seruiant, & idolis genu flectãt? Nisi huiusmodi denuntiationes dei scđm illam incõmutabilem sciẽtiam editas noue rimus, in qua apud illum iam uniuersitas humana discreta ẽ, & siue de bonis siue de malis loquatur, ita unius partis meminit, quasi neminem hominũ ꝑtermittat. Nã cum dicit Apl's, Vetera trãsierunt, ecce facta sunt oĩa noua, Nunquid nõ oẽs hoĩes uideẽ dixisse renouatos? Aut cũ dicit: Quia in ipso complacuit oẽm plenitudinẽ habitare, & per ipsum recõciliari omnia in ipso, Nunquid nõ ita loquitur, quasi neminem uelit exortem huius reconciliationis intelligi? Aut cũ ait, Nouissimis istis diebus locutus est nobis in filio, quem constituit hæredẽ uniuersoꝝ, Nunquid aliud sonat forma sententiæ, q̃ oẽs homines in Chr̃i hæreditate a patre esse transcriptos, scđm prophetiã Dauid, dicentis: Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessiõem tuã terminos terræ? Dicente em̃ dño: Si exaltatus fuero a terra, oĩa traham ad me, Nonne uniuersoꝝ uidetur ꝑmissa cõuersio? Aut cum de ecclesia prophetaẽ & dicit:

sibi obsecuturos fortassis, vide Rom. 14. Philipp. 2

2. Corin. 5

Coloss. 1

Hebre. 1.

Psal. 2.

Joh. 12.

Isa.40 Omnis uallis rep[illegible]bitur,et omnis mons & collis
hu[illegible]iliabit̃,& er[illegible]raua in directa, & aspera in
uias p[illegible]anas. Num[illegible]id ullus hoĩm uidetur omis-
sus,qui non significatus [illegible]it Christo esse subden-
Isaię.66. dus? Quid cum dicit̃,Et ueniet omnis caro in con
spectu meo,ut adorent in Hierusalem,dicit domi
Iohe.2. nus? Aut illud:Et erit in dieb⁹ illis:Effundam de
spiritu meo super omnem carnem? Aut illud:Al
Psal.144 leuat dominus oẽs qui corruunt,& erigit omnes
elisos? Nunquid non ita pronunciatum est quasi
ab hoc dei munere nemo discretus sit? Habet er-
go populus dei plenitudinem suam. & q̃uis ma-
gna pars hominum, saluantis gratiam aut repel
lat aut negligat,in electis tñ & præscitis, atq; ab
omnium gñalitate discretis, specialis quædam cẽ
setur uniuersitas,ut de toto mũdo totus mundus
liberatus,& de omnibus hominibus omnes ho-
mines uideant̃ assumpti.Sicut etiam cum de im-
pijs sermo est,ita locutiõem suam diuinus stylus
ordinat,ut ea quæ de quadam parte dicuntur,ad
omnes homines pertinere uideant̃.ueluti est illud
Iohan.3 quod ait Iohãnes Baptista:Qui de cælo uenit,su-
per omnes est,quod uidit & audiuit,testificatur,
& testimoniũ eius nemo accipit. Aut illud Apl̃i:
Philipp.1 Oẽs quæ sua sunt quærunt,non quæ Iesu Chri-
sti. Aut illud quod psalmus Dauidicus canit: Do
Psalm.13 minus de cælo prospexit super filios hoĩm,ut ui-
deat si est intelligens,aut requirens deum. Om̃es
declinauerunt,simul inutiles facti sunt,non est q
faciat bonum, non est usq; ad unum. His igitur
& alijs documẽtis quæ possunt ab inquirentib⁹
numerosiora,pferri,nõ dubie demõstrat̃,interdũ

& pro parte terræ oēm terrā,& pro parte mundi totū mundū,& pro parte hoim oēs hoies noiari. Quorum tñ discretionem plerunq; scriptura cito aperit,ut sensus legētis ab uniuersitatis appellatione ad partē,quæ intelligēda est,transferat. Sicut est illud Apostoli dicētis: Prædicamus Iesum Christum crucifixum,Iudæis quidē scandalū, gētibus aūt stultitiam, ipis ỽo uocatis Iudæis atq; Græcis Chr̄m dei uirtutem & dei sapiētiam, Nū quid ipis Christus uirtus qbus scandalū,aut ipis sapientia quibus stultitia? Sed qm̄ quidam ex eisdem iustificabuntur fide,quidam aūt sua impietate obdurabuntur,unum credentium & nō credentium genus sub uocatorꝝ appellatione discreuit, ut quos a fide significabat alienos, eos ꝗuis audissent euangelium, ostenderet uocationis extraneos. Hac regula ꝑ Isaiā promittit sermo diuinus,dicēs:Educam cæcos in uiam quā non nouerunt,& semitas quas nesciunt,calcabūt. Et faciā illis tenebras illucescere,et praua in directū. Hæc uerba faciam,& nō derelinquā eos. Sed quod sequit:Ipsi aūt conuersi sunt retro,ad partem quādam generis ipsorum referendum est,non ad eos quibus ait:Nō derelinquam eos. Iterum dicit dominus ad Iacob:Noli metuere, qa tecū sum. Ab oriente adducam semen tuū,& ab occasu colligā te. Dicam aquiloni,adduc: & africo, noli uetare, adduc filios meos de terra lōginqua,& filias meas a summo terræ,omnes in quibus uocatum est nomē meum. In gloriam em̄ meam paraui illū, & finxi & feci illum. Quod aūt sequitur:Et produxi plebem cæcam, & oculi eorum sunt cæci,

1. Cor. 1

Isaie. 42

Isa. 43.

& surdas aures habent, nō potest eis ulla ratione cōgruere, quos in gloriam suam parasse se dicit. In his quippe oībus v̄bis, quæ de uno hominum gñe dicunt, aliis p̄sonis priora, aliis posteriora cōueniunt. Apud Apostolum quoq; quod in parte populi agit, sub totius populi nuncupatione narratur, & in reliquis plenitudo censetur. Cum em̄ de Iudæorum obcæcatione dissereret, & quosdā ex ipsis gr̄a saluos fieri demonstraret, Dico ergo, Roma.11. inquit, Nūquid repulit deus populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahā de tribu Beniamin. non repulit deus plebem suam quam p̄sciuit. Plebs ergo præscita, plebs non repulsa, hi sunt qui in Christo iustificati sunt. Et quod de omni Israele dici uidetur, in his tm̄ quos sibi gr̄æ electio reliq̄s fecit, ostendit, sicut sequentia Apostolici sermonis enarrāt. Adiungit em̄ & dicit, An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quē admodum interpellat deū aduersus Israel? Dñe, p̄phetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderūt, & ego relictus sum solus, & quærunt animā meam. Sed q̄d dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia uiroꝝ, qui nō curuauerunt genu Baal. Sic ergo inquit: Et in hoc t̄pe reliquiæ p̄ electionem gr̄æ saluæ factæ sunt. Si aūt gr̄a, iam non ex operibus, alioquin gr̄a iam non ē gr̄a. Nō ergo oīs Israel reprobatus, nec oīs electus est, sed partem cæcitas uoluntaria auertit, partē sibi illuminatio gratuita reseruauit, & tñ ita de eis sermo habet, ut & in his qui pereūt, & in his qui salui fiūt, nulla totius gñis uideatur facta discretio. Nam cum legit, Scd̄m euangelium quidē inimici

propter uos, secundū electionem aūt dilecti propter patres:ita locutio sonat,tanq̃ eosdē dicat dilectos,quos dixit inimicos.Sed hanc caliginē Apl's ipse detersit,dicēdo: Quia cæcitas ex parte in Israel contigit,ut unum gn̄s in duas species intelligeremus esse diuisum,& oēm hominem,oēm plenitudinem,oēm Israelem,nō semper ad uniuersitatem,sed plerunq; ad partem esse referendum.Inter has aūt formulas locutionum, etiam illam in scripturis dictionē debemus aduertere,qua id qđ ad diuersoꝝ temporum hoīes ꝑtinet,ita promittitur,quasi de una eiusdem ætatis gn̄atione dicatur.Sicut est qđ sanctus Petrus apl's scribens, sui & futuri temporis gentibus,ait: Vos aūt gn̄s electū,regale sacerdotium,gens sancta,populus acquisitionis,ut uirtutes annuncietis eius,qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suū,qui aliquando non populus,nunc aūt populus dei,q non consecuti misericordiam,nunc aūt misericordiā cōsecuti.Nunquid cū prædicarenť hæc,adhuc illi homines permanebant,quos oēs deus in p̄teritis gn̄ationibus dimiserat ingredi uias suas,& ijdem ipsi qui prius traditi fuerant uoluntatibus suis,nunc de tenebris in lumen admirabile uocabantur?Nonne illi iam defecerāt, iam in hoc mūdo nō erāt,nec ab errore ad ueritatē reditus olim mortuis suppetebat? Et tn̄ qđ post multa secula gr̄a in posteris impiorum sit,loquendi consuetudo perstrinxit,ut ipsi uideanť nūc eligi, qui prius fuerant derelicti. Pertinent aūt hæc non ad eosdē homines,sed ad eiusdem gentis hoīes,& uocatio quæ illuxit prope mundi finem,ad p̄teritam non

1.Petri.2.

recurrit ætatem. ita mō quodam & ipsi & nō ipsi sunt, de quib⁹ & qbus ista dicunt, dum in aliquo speciali a gn̄alibus nō diuiduntur, in aliquo uero a cōibus separantur. Caput .IIII.

SEd cum legerint hæc uel audierint, q amāt calumniosa certamina, dicēt nos p hmōi dispu-
1. Timo. 2. tationes Aplo contradicere diffinieti, q deus omnes hoies uelit saluos fieri, & in agnitionē ueritatis uenire. Quam particulam ūbor Apli, ita nos integre plenecp suscipimus, ut nihil ei de pcedentibus siue subiectis, quæ ad ipsam pertinent, subtrahamus. Qm ut cætera diuinor eloquiorū testimonia sequestremus, hic loc⁹ sufficit ad euacuandum, qd calumniose obijciunt, & ad defendendum qd impie diffitent. Scribens itaq ad Ti-
Ibidem. motheum Paulus apl's, ait: Obsecro igit primo oīm fieri obsecratiōes, postulationes, grarum actiones pro oībus hoibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc em̄ bonum est & acceptum coram salutari nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Vnus em̄ deus, & unus mediator dei & hoīm homo Chrs Iesus, qui dedit redemptionē semetipsum pro oībus. De hac ergo doctrīæ apostolicæ regula, qua ecclesia uuiuersalis imbuitur, ne in diuersum intellectum nostro euagemur arbitrio, quid in ipsa uniuersalis ecclia sentiat, requiramus: quia nihil dubium esse poterit in præcepto, si obedientia cōcordet in studio. Præcepit itaq Apl's, immo per Aplm dn̄s qui loquebatur in Apostolo, fieri ob-

ſecrationes & poſtulationes,gratiarum actiones pro omnibus hoĩbus,pro regibus,ac pro his qui in ſublimitate ſunt. Quam legem ſupplicationis ita oĩm ſacerdotum & oĩm fidelium deuotio con corditer tenet,ut nulla pars mundi ſit,in qua huiuſmodi orationes non celebrent a populis Chriſtianis.Supplicat ergo ubiq; eccleſia deo,nõ ſolũ pro ſanctis & in Chriſto iam regnãtis, ſed etiam pro oĩbus infidelib9 & inimicis crucis Chr̃i, pro oĩbus idolorum cultoribus,pro oĩbus qui Chr̃m in mẽbris ipſius ꝑſequunt̃,pro Iudæis,quorꝫ cæcitati lumen euãgelij non refulget, pro hæreticis et ſchiſmaticis,q̃ ab unitate fidei et charitatis alieni ſunt.Quid aũt pro iſtis petit,niſi ut relictis erroribus ſuis,conuertantur ad deum,accipiant fidem,accipiãt charitatem,& de ignorantiæ tenebris liberati,in agnitionem ueniãt ueritatis? Qđ quia ipſi præſtare ſibi nequeunt, malæ conſuetudinis põdere oppreſſi,& diaboli uinculis alligati, neq; deceptiões ſuas euincere ualẽt,q̃bus tã pertinaciter inhæſerunt,ut quantũ amãda eſt ueritas, tm̃ diligant falſitatẽ.Miſericors et iuſtus dñs pro oĩbus ſibi uult hominibus ſupplicari,ut cũ uidemus de tam profundis malis innumeros erui, nõ ambigamus deum ꝑſtitiſſe, quod ut ꝑſtaret oratus eſt.Et gr̃as agẽtes pro his qui ſalui facti ſunt, ſperemus etiam eos,qui nondum illuminati ſunt eodem diuinæ gr̃æ ope,eximẽdos de poteſtate tenebrarꝫ,ut in regnum dei priuſquam de hac uita exeant,transferant̃.Qđ ſi aliquos (ſicut uidemus accidere) ſaluãtis gr̃a ꝑterierit,et pro eis orõ eccleſiæ recepta nõ fuerit,ad occulta diuinæ iuſtitiæ iu

dicia referendū,& agnoscendū est secreti huius ꝓ
funditatem nobis in hac uita patere nō posse. Ex
1.Cor.13. parte eñ scimus,& ex parte prophetamus,& ui
demus nūc per speculū in ænigmate. Nec sapiētio
res aut sciētiores beatissimo Apl'o sumus, qui cū
de grãe potentia disputaret, magnoꝝ mysterioꝝ
ingressus arcanū,ijs quæ impossibile erat enarra
re,succubuit. Cum eñ dixisset:Nolo uos ignora-
Roma.11. re frẽs mysterium hoc,ut nō sitis uobisipsis sapi-
entes,quia cæcitas ex parte in Israel contigit,do-
nec plenitudo gentiū intraret, & sic oĩs Israel sal
Isaie.59. uus fieret, sicut scriptū ē: Veniet ex Sion q eruat
& auertat ĩpietates ab Iacob, & hoc illis a me te
stamentum,cū abstulero pctã eoꝝ. Scd̃m euāge-
lium quidē inimici propter uos, scd̃m electiōem
ꝯo dilecti propter pr̃es. Sine pœnitentia eñ sunt
dona & uocatio dei. Sicut eñ aliqñ & uos nō cre
didistis deo,nunc aūt misericordiã consecuti estis
propter illoꝝ incredulitatē,ita & isti nunc nō cre
diderunt in ur̃a misericordia, ut & ipsi misericor
diam consequanẽ. Conclusit eñ deus oĩa in incre
dulitate,ut oĩm misereaẽ. Cum ergo hæc diuino-
rum opeꝝ mysteria supra mensuras humanæ in
telligentiæ excellentia,quodã mentis suæ profu-
disset excessu,totam expositionis rationem trã-
tulit ad stuporē,& admirator eoꝝ quæ protule-
rat,exclamauit et dixit:O altitudo diuitiaꝝ sapi-
Roma.11. entiæ & scientiæ dei, q̃ incōprehēsibilia sunt iudi
cia eius,& inuestigabiles uiæ eius. Quis enim co-
gnouit sensum dñi, aut quis cōsiliarius eius fuit,
aut qs prior dedit illi,& retribueẽ ei? Qm̃ ex ipso
& per ipsum & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in

secula seculorum, Amen. Caput .V.

PRæmissa em̃ docentis assertio locum dabit multimodæ quæstioni, ut uariatæ ꝑ tot populos ac tp̃a gr̃æ dei causa quæreretur, Cur scilicet anterioribus seculis dimissæ essent oẽs gẽtes ingredi uias suas, uno tm̃ Israele (qui diuinis eloquijs erudiretur) excepto, & ad cognitionem ueritatis electo, cuius infidelitas locum tandẽ saluandis gentibus fecerit, tanq̃ si unus populus in fide sui gñis permaneret, misericordia dei cæteris se nationibus p̃stare nõ posset? Cur deniq; ip̃i q̃ꝝ diminutio salus gẽtibus est, ab obcæcatione sua non liberentur prius q̃ ingrediat̃ gentium plenitudo, quasi illuminari cum oĩbus nequeant, qui oẽs facta oĩm gentium adoptione saluandi sunt? Aut quõ omnis Israel sublata obcæcatione saluãdus sit, cuius innumerabilis multitudo in sua infidelitate deficiens, ad tp̃a saluandis promissa nõ peruenit? Vel quõ ipsaꝝ gẽtium (quaꝝ prius nõ est facta uocatio) dicatur nũc ingredi plenitudo, cũ tot promiscuæ ætatis & conditionis hoĩm milia in oĩbus nationibus, quæ sunt sub cælo, sine Chr̃i iustificatione moriant̃? Sed hoꝝ mysterioꝝ iudiciorũq; causas pius & doctus magister maluit ad altitudinẽ diuitiaꝝ sapiẽtiæ dei scientiæq; suspendere, q̃ iustissimæ ueritatis & misericordissimæ bonitatis subtractũ ab humana cognitiõe secretum temeraria inquisitione discutere, nihil omittens de his, quæ non oportet ignorari, nihil contrectans de his, quæ non licet sciri. Multa em̃ sunt in dispensatione opeꝝ diuinoꝝ, q̃ꝝ causis latentibus, soli monstrantur effectus, ut cũ pateat

quod geriť, non pateat cur gerať negotio in medium deducto, & in occultum rõne subducta, ut in eadem re & de inscrutabilibus p̃sumptio comprimatur, & de manifestis falsitas refuteť. Neq; em̃ si nescio cur ille Græc⁹ creetur, hic barbarus, iste in diuitijs, ille in egestate nascať: hunc ualida proceri corporis pulchritudo sublimet, illum debiliũ mẽbroꝝ exilitas cõtracta deformet, iste a catholicis editus, in ueritatis cunabulis nutriať, ille hæreticoꝝ progenies, cũ ipso lacte m̃ris hauriat uirus erroris. Si deniq; mille alias differẽtias in habitu corpoꝝ, in qualitatibus aĩoꝝ, in cõditione tp̃m, in more regionũ, dijudicare non possum, ideo qđ oĩm horum deus sit cõditor atq; ordinator, ignoro. Qui utiq; singuloꝝ hoĩm ita & corpora creauit, & sp̃us, ut præter illam secuturam ex uniuscuiusq; studio uoluntariam diuersitatẽ, ipsa conditiõis exordio dissimillima numerositate uariaret. Turbarẽt aũt nos, & in diuersum distraherẽt multæ uaniloquoꝝ opiniones, qui de incognoscibilibus deuenire in incõuenientia p̃sumpserunt, & has originales inæqualitates fatis (quæ nulla sunt) & sideribus deputarunt, nisi certissima notitia teneremus deũ creatorẽ de elemẽtis naturalibus prout uult uas unumq̃dq; formare, et unam naturã aĩaꝝ, & unã naturã corpoꝝ, placitis sibi tẽperare mẽsuris. Quæ utiq; op̃a dei, humanæ intelligentiæ cognoscibilia essent, si innotescere debuissent, & manifestareť cur ita q̃dq; fieret, nisi qđ ita fieret, scire sufficeret. Dicit dñs ad Mosen:
Exod. 4. Quis dedit os homini, et q̃s fecit mutũ & nõ audientẽ, uidentẽ & cæcũ, nonne ego dñs deus? Et per

Isaiã: Nõne ego fœcundũ & sterilẽ feci, dicit dñs? Isaie. 66.
In libro Ecclesiastico legit: Bona & mala, uita & Eccle. 11.
mors, paupertas & honestas a deo sunt. Et Iob di- Iob. 12.
cit: Abundant tabernacula prædonum, & auda-
cter prouocant deũ, cum ipse dederit oĩa in mani Ibidem
bus eorũ. Et idem de oĩm rerum humanarum pro
fectu & defectu disputãs, oẽsq; mutationes ad iu
dicia dei referẽs. Apud ip̃m est (inquit) sapientia
& fortitudo, ipse habet cõsilium & intelligentiã.
Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit
hoĩem, nullus est qui aperiat: si cõtinuerit aquas,
omnia siccabuntur: si emiserit eas, subuertẽt ter-
ram. Apud ip̃m est fortitudo & sapientia, ip̃e no
uit & decipientem, & eum qui decipitur, adducit
consiliarios in stultum finem, & iudices in stupo
rem. Baltheum regũ dissoluit, & præcingit fune
renes eorũ. Ducit sacerdotes ingloriosos, & opti-
mates supplantat. Commutans labium ueraciũ,
et doctrinã senũ auferens, effundens despectionẽ
super principes, & eos qui oppressi fuerant, relẽ-
uans. Qui reuelat profunda de tenebris, & produ
cit in lucẽ umbrã mortis. Qui multiplicat gentes
& perdit eas, & subuersas in integrũ restituit. Qui
immutat cor principum terræ, & decipit eos, ut
frustra incedãt per inuiũ. Palpabũt quasi in tene
bris, & nõ in luce, & errare eos faciet quasi ebri-
os. Et iterũ idem, dicens uoluntatẽ dei irritam esse
nõ posse: Ipse eñ (inquit) solus est, & nemo auer- Iob. 23.
tere potest cogitationem eius, & anima eius q̃d-
cũq; uoluerit, hoc fiet. Liberaĩ pars hoĩm, parte
pereunte: & si hoc uoluntatum meritis uelimus
ascribere, ut malos neglexisse grã, bonos aũt ele-

gisse uideatur, resistet nobis innumerabiliũ causa populorꝫ, qbus per tot secula nulla cælestis doctrinæ annũciatio choruscauit. Nec meliores fuisse eorꝫ posteros possumus dicere, de quibus scriptũ est: Gẽtium populus qui sedebat in tenebris, lucem uidit magnam, & sedẽtibus in tenebris & umbra mortis, lux orta est illis. Et ad quos apl'us Petrus dicit: Vos aũt genus electum, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes annũcietis eius qui de tenebris uos uocauit in tam admirabile lumen suum, qui quondã nõ populus, nunc aũt populus dei, quorꝫ aliqñ non est misertus, nunc aũt misereť. Non ergo meritis minorꝫ tribuiť qđ non meruere maiores. Par eñ impietas & pr̃es accusabat & filios, eadẽq; ignorantiæ cæcitas oẽs simul in eosdẽ mergebat errores. Sed cur illorꝫ nõ misertus et horꝫ misertus sit de⁹, q̃ scia cõprehendere, q̃ põt inuestigare sapientia? Latet discretionis ista ratio, sed non latet ipa discretio. Non intelligimus iudicantem, sed uidemus operantẽ. Quid calumniamur iustitiæ occultæ, qui gr̃as debemus misericordiæ manifestæ? Laudemus & ueneremur qđ agiť, quia tutũ est nescire qđ tegitur. Respice aũt et ad uniuersalem multitudinem paruulorꝫ, in quibus, excepto illo, quo in damnationẽ nasciť gens humana, delicto, nec p̃terita possunt merita nec futura cẽseri. Oẽs eñ de quibus nunc loquimur, ante ullum intelligentiæ usum, ante liberꝫ uoluntatis arbitriũ, aliĳ ad æternam beatitudinẽ regñati, aliĳ ad p̃petuã miseriã trãseunt non renati. Si originalẽ culpã fateris, oĩs numerus in reatu est; Si moralẽ innocen

Isaię. 9

1. petri. 2.

tiam quæris,oĩs summa ſine uitio eſt.Non inue-
nit qđ diſcernat humana iuſtitia,ſed habet quod
eligat inenarrabilis gr̃a dei.In abſcondito eſt cõ-
ſilium,ſed non latet donũ:opus erexit pietas,cau
ſam obſcurat poteſtas.Sed tã indubitabile eſt qđ
nõ uidetur,q̃ q̃d uidet̃, quia autori manifeſti ope
ris negari confeſſio,etiã incognitæ non põt æqui
tatis.Qđ ſi & ad illos dirigas mentis intuitum,q
longã agẽtes in flagitijs & ſceleribus ætatẽ, ſacro
baptiſmatis Chr̃i in ipſo uitæ fine renouant̃,& ſi
ne ullo ſuffragio bonoꝝ opeꝝ ĩ regni cæleſtis cõ-
ſortium trãſferunt̃,quo intellectu diuinum iudi-
cium cõprehendes? niſi ut indubitanter agnoſcas
gratuita eẽ dei munera.Et ſicut nulla ſunt tã de-
teſtãda facinora, quæ poſſunt gr̃æ arcere donũ,
ita nulla poſſe tam p̃clara opa exiſtere,qbus hoc
qđ gratis tribuitur,per retributionis iudiciũ de-
beat̃.Vileſceret eñ redẽptio ſanguinis Chr̃i, nec
miſericordiæ dei humanoꝝ operũ prærogatiua
ſuccumberet,ſi iuſtificatio quæ fit per gr̃am, me
ritis p̃cedentibus deberet̃,ut nõ munus largiẽtis,
ſed merces eſſet operantis. Vnde aũt poſſet ꝓba-
ri,quod ad euacuandum originale peccatũ,nulla
idonea eſſet induſtria? niſi & impij & facinoroſi
per lauacrũ Chr̃i aſſumerent̃ in regnũ, agnoſce-
rẽtq; q in ſua iuſtitia gloriant̃,q̃ nihil dignũ age-
re poſſint adoptione filioꝝ dei, ſi ad regñationis
nõ perueniunt ſacr̃m,cum eadem qua ſceleſtiſſi-
mi pctõres cõditione teneant̃. Pares futuri in ſan
ctificatione,ſi affuerit regñatio,ſimul perituri,ſi
ceſſauerit ablutio. Si ergo etiã ex nequiſſimis in
ip̃o uitæ exitu gr̃a inuenit q̃s adoptet,cũ tñ mul-

ti etiam qui minus nocẽtes uident, doni huius aliẽni sunt, qs hoc aut sine dispẽsatione dei fieri, aut sine ꝓfunda dicat æquitate decerni? Qđ utiq; nõ ideo iniquũ est, qa occultum ẽ, sed ideo æquũ est, quia iudicium dei esse nõ dubium est. Qđ em̃ ab illius pendet arbitrio, qua sentẽtia iudicari debeat, priusquam iudicet, incertum est. Cum aũt res ad finẽ suũ uenerit, nemini liberũ est de exitu conqueri, quia certissimum est, nihil aliter deum facere debuisse q̃ fecerit. Qui multimodæ uocationis uarietatem ad unam gr̃am pertinentẽ, etiam illa regula euãgelicæ cõparationis astruxit, qua ostẽdit patrẽfamilias diuerso tp̃e conducentem operarios uineæ sub pactione denarij, q̃ uitæ æternæ significat æqualitas. Vbi sine dubio hora undecĩa intromissi in uineam, totius diei oꝑarijs exæquati, istorum, de quibus nunc loquimur, præferunt sortem, quos ad cõmendandam gr̃æ excellẽtiam in defectu diei & conclusione uitæ, diuina indulgentia numerauit, non labori pretiũ soluens, sed diuitias bonitatis suæ in eos, quos sine operibus elegit, effundens. ut etiam hi qui in multo labore sudarunt, nec amplius q̃ nouissimi acceperunt, intelligant donum se gr̃æ, non operũ accepisse mercedem. Vnde si & nos aduersum patremfamilias murmuremus, eo qđ nouissime uocati totius diei operarijs coæquentur, nec amplius multa oꝑa q̃ꝫ pene nulla mereant, dicet nobis quod uni eorum
Matt. 20. responsum est: Amice, nõ facio tibi iniuriam, nõne ex denario cõuenisti mecum? Tolle qđ tuũ est & uade. Volo aũt & huic nouissimo dare sicut et tibi. Aut nõ licet mihi de re mea facere q̊d uolo?

Aut oculus tuus nequã est, qa ego bonus sum?
Certe huic calumniatori iniusta uidebat̃ hæc lar
gitas, & quid eruditionis retulit? quid rõnis acce
pit? Non est ei dispensationis huius reuelata iusti
cia, nec ad inspectionem secreti latentis admissus
est, sed ut a discutiendis dei iudicijs abstineret, op
posita est ei bonitas miserantis, & uolentis ptãs,
quasi illi & ab Ap̃lo diceret̃: O homo, tu quis es Roma. 9.
q respondeas deo? Nunquid dicit figmẽtum ei q
se finxit, quare me fecisti sic? Oĩbus ergo homini
bus cuiuslibet gñis, cuiuslibet conditionis & æta
tis, causa pcipiendæ grãæ uolũtas dei ẽ, apud quã
ratio electionis abscondita est, ab ea grã incipien
tibus meritis, quã accepere sine meritis. Quæ si
possent bona esse sine grã, nõ diceret̃: Nisi quis re Johan. 3
nat⁹ fuerit ex aqua & spũ sancto, nõ intrabit in
regnum cælorum: Et, nisi mãducaueritis carnem
filij hominis, & biberitis sanguinẽ eius, nõ habe- Johan. 6
bitis uitam in uobis, sed diceret̃: Nisi qs fuerit iu
stus & bonus, beatus in æternũ esse non poterit.
Nec opus esset p aquã & spm̃ renasci, si p mãda-
tũ sufficeret erudiri. Et euacuaret̃ fides, quæ cre-
dit per baptismũ oĩa pc̃tã dimitti, si grã nõ malis
& impijs, sed bonis & rectis doceretur impendi.
Origo itaq; ueræ uitæ, ueræq; iustitiæ in regñati
onis est posita sacramento, ut ubi homo renascit̃,
ibi etiam ipsarũ uirtutũ ueritas oriat̃. Et incipiũt
ad ppetuam gl'iam pficere per fidem, qui uix ad
temporalem uanæ laudis poterant puenire mer-
cedem. Siue em̃ Iudæus legis sciẽtia tumens, siue
Græcus studio sapiẽtiæ naturalis inflatus, priusq̃
iustificet̃ per fidem Chr̃i, conclusus est sub pecca-

to. Et si in sua infelicitate pstiterit, ira dei manet super eū, illa scilicet in Adæ præuaricatione contracta. De qua Apl's loquit, dicēs: Et uos cū essetis mortui delictis & pctis uris, in quibus aliquādo ambulastis scd̄m seculum mundi huius, scd̄m principem ptātis aeris huius, spūs qui nunc opat in filios diffidentiæ, in quibus & nos aliqñ conuersati sumus in desiderijs carnis nr̄æ, facientes uolūtatē carnis & cogitationū, & eramus natura filij iræ, sicut et cæteri. Et itez: Qui eratis illo tpe sine Chr̄o alienati a conuersatione Israel, & hospites testamentoꝝ, promissionis spem nō habentes, & sine deo in mundo. Et itez: Eratis aliqñ tenebræ, nunc aūt lux in dño. Et itez: Grās agētes patri, q dignos nos fecit in partem sortis sanctoꝝ in lumine, qui eripuit nos de tenebris et ptāte tenebraꝝ, & trāstulit in regnum filij dilectionis suæ. Et iterum: Eramus eñ & nos aliqñ insipiētes, incredu li, errantes, seruientes desiderijs & uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia agētes, odibiles, odiētes inuicem. Cum aūt benignitas & humanitas apparuit saluatoris nr̄i, non ex opibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed scd̄m suam misericordiā saluos nos fecit per lauacrū regñationis spūssancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Chr̄m saluatorē nr̄m, ut iustificati grā ipsius, hæredes sim⁹ scd̄m spem uitæ æternæ.

Ephes. 2. — Ibidem. — Ephes. 5. — Coloss. 1 — Titum. 1

Caput .VI.

ET ut breuissime pateat, q̄lis sit natura humana sine grā, dicat Iudas apl'us quid agat uel ignorantia imperitoꝝ, uel doctrina sapientium: Hi aūt (inquit) quæcunq; quidē ignorant, blasphemāt; quæcunq; autē naturaliter ut

Iude. 1

muta aĩalia norũt, in his corrumpunť. Dicat etiã
sub uerbis Zachariæ euangelista Lucas, ante il-
luminationem grẽ, in qua humanum genus no
cte uersetur, & de quibus ignorãtiæ tenebris dei
populus eruať: Et tu (inquit) puer ꝓpheta altissi- Luce. 1.
mi uocaberis, præibis em̃ ante faciem dñi parare
uias eius, Ad dandam scientiã salutis populo ei⁹,
in remissionem pctõꝝ ipsorum, Propter uiscera
misericordiæ dñi, in quibus uisitauit nos oriens
ex alto, Lucere his qui in tenebris & in umbra
mortis sedent, ad dirigendos pedes nr̃os in uiam
pacis. Hæc autẽ uiscera misericordiæ dñs non ad
unius tm̃ populi redemptiõem, sed oĩm nationũ
impendit salutem, dicẽte euangelista: Quia Iesus Iohan. 11.
mortuus erat pro gente, non tm̃ pro gẽte, sed eti-
am ut filios dei dispersos cõgregaret in unũ. Hoc
em̃ agit illa uox dñi, quæ per quandã pietatis tu-
bam toto terraꝝ orbe resonantẽ, oẽs homines &
inuitat & cõuenit. Nam cum dixisset: Confiteor
tibi pater dñe cæli & terræ, quia abscondisti hæc Matth. 11
a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea par
uulis. Ita pater, qm̃ sic beneplacitũ ẽ ante te, addi
dit: Oĩa mihi tradita sunt a pr̃e meo, & nemo no-
uit filium nisi pater, neq; pr̃em quis nouit nisi fi-
lius, & cui uoluerit filius reuelare. Et deinde adie
cit: Venite ad me oẽs q laboratis & onerati estis,
& ego uos reficiam. Tollite iugum meum super
uos, & discite a me, qa mitis sum & humilis cor-
de, & inuenietis requiem aĩabus ur̃is. Iugum em̃
meum suaue est, & onus meum leue est. Iohãnes
uero Baptista in euãgelio Iohãnis prophetico spi
ritu protestať, dicens; Qui de cælo uenit, sup oẽs Iohan. 3

est,quod uidit & audiuit,testificat̃,et testimoniũ eius nemo accipit.Qui accipit testimoniũ eius, signauit q̃m deus uerax est. Igit̃ quantum attinet ad humani gñis cæcitatem, longa ignorantiæ & superbiæ nocte cõtractam,uenit in hunc mundũ creator mũdi, & mũdus eum nõ cognouit. Lux lucet in tenebris,& tenebræ eam nõ comprehenderũt.Qui super oẽs est,quod uidit & audiuit,testificat̃, & testimonium ei9 nemo accipit. Sed q̃a nõ frustra deus dei filius uenit in mũdum, & dedit semetipsum pro omnibus,mortuus est,nõ t̃m pro gente,sed etiam ut filios dei dispersos congregaret in unũ.Et uniuersis dicit: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis. Et seruato sibi incognoscibilis electionis arbitrio,dat sui p̃risq; notitiam,quibus eum uoluerit reuelare. Oẽs filij lucis,filij promissionis, filij Abrahæ,filij dei, genus electum,regale sacerdotium,ueri Israelitæ, præcogniti & præordinati in regnum dei(qui eos uocauit nõ solum ex Iudæis,sed etiam ex gentibus) testimonium eius,qui de cælo uenit,accipiũt, significãtes q̃a deus uerax est,id est,expresse significãtes in sui saluatiõe,q̃m deus uerax est, implẽs & perficiẽs quod promisit Abrahæ om̃ium gẽtium p̃ri. qui pollicẽte deo quod hæres futur9 esset mũdi,nõ hæsitauit diffidẽtia,sed cõfortatus est fide,dãs gloriam deo,& plenissime sciẽs, q̃m quod promisit,potẽs est & facere.Quis autem tam alienus est a fide Abrahæ,quis tam degener ab uniuersarum gentium patre,qui promissionem dei, aut non impleri,aut ab alio præter eum qui promisit,dicat impleri?Ille quidem erit mẽdax,deus

autem est uerax, et oĩs qui accipit testimoniũ ei⁹, hoc signat, hoc indicat, quod per lucem illuminã tem factus est uidẽs, factus est obediẽs, factus est intelligẽs, sicut Iohãnes euãgelista testatur, dicẽs: Scimus quia mũdus totus in maligno positus ẽ, & scimus quia filius dei uenit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus uerum deum, & simus in uero filio eius. I. Iohã. 5

Caput .VII.

SI uero quæritur, cur saluator oĩm hoĩm nõ omibus dedit hũc sensum, ut cognoscerẽt uerum deum, & essent, id est, permanerent in uero filio eius, q̃uis credamus nullis hominibus opem grãe in totum fuisse subtractam? De quo plenius in sequentibus disseremus. Tamẽ ita forte hoc uelatum sit, sicut illud abscõditum est: Cur antea, omnibus gentibus prætermissis, unum populum sibi, quem ad ueritatis cognitionem erudiret, exceperit? De quo iudicio dei si non est cõquirendum, multo minus de hoc, q̃ cum electione omnium gentium geritur, murmurãdum est. Quæ eñ deus occulta esse uoluit, nõ sunt scrutanda: quæ aũt manifesta fecit, nõ sunt negãda, ne & in illis illicite curiosi, & in istis damnabilit̃ inueniamur ingrati. Non aũt ignoramus esse quosdã tam incõsideratæ præsumptionis, & tã supbæ arrogãtiæ, ut quod præcipuus magister gẽtium, nõ ab hoĩbus neq; per hoĩem, sed diuinitus eruditus supra mensuram scientiæ suæ longe & alte remotum esse confessus est, audeãt falsi nominis temerare doctrina, & nihil illic occultum, nihil uelint esse secretum, ubi Apl̃s non q̃d sentiendum esset aperuit, sed quid non scrutandum esset, ostendit.

Nullis etem̃ (q̃d ſupra iam diximus) ſtudijs, nul-
Roma. 11 lis ingenijs indagare conceſſum eſt, q̃ iudicio, quo
ue cõſilio deus incõmutabiliter bonus, incõmuta
bilit̃ iuſtus, ſp̱ præſcius, ſp̱ oĩpotens, ideo oĩa in in̄
credulitate cõcluſerit, ut oĩm miſereatur, & tñ il-
lis ſeculis quibus unũ Iſraelem erudiebat, innu-
merabiles populos impiorum illuminare diſtule
rit, & nunc eundem Iſraelem, donec uniuerſitas
gentium introeat, obcæcatum eſſe patiatur, per-
euntẽ in tot milibus naſcẽtium, atq̧ morientiũ,
& ſaluandũ in eis q̃s mundi finis inuenerit. Quo
myſterio toto ſcripturaꝝ corpore dilatato, inno-
tuit quidẽ nobis q̃d factũ ſit, quid fiat, quidue fa-
ciẽdum ſit, ſed quare ita fieri placuerit, ab huma-
næ intelligentiæ contẽplatione ſubtractũ eſt. Iſti
aũt qui neſcire aliq̃d erubeſcũt, & per occaſionẽ
obſcuritatis tendunt laqueos deceptionis, oẽm di
ſcretionem qua deus alios eligit, aliosq̧ nõ eligit
Matt. 20. (multi em̃ ſunt uocati, pauci aũt electi) ad meri-
ta humanæ referunt uoluntatis, docentes ſcilicet
neminẽ gratis, ſed ex retributione ſaluari, q̃a na-
turalit̃ oĩbus ſit inſitum, ut ſi uelint, poſſint ueri
tatis eſſe participes, eiſq̧ affluere gr̃am, a quibus
fuerit expetita. Quæ diffinitio ut interim de gr̃æ
ueritate taceatur, de his uidet̃ aliquã oſtentare ra
tiũculam, qui libero utunt̃ arbitrio. De paruulis
uero quibus ſine ullo bonæ uoluntatis merito in
originali uulnere, cũ cæteris mortalib. cauſa cõis
eſt, nihil poteſt expoſitionis afferri, qua doceatur
cur iſti ſalui fiãt renati, illi p̱eant non renati, ſub
illius prouidẽtia & oĩpotentia, in cuius manu eſt
aĩa omnis uiuentis, & ſp̃us uniuerſæ carnis hoĩs.

Et cui dr̃: Breues dies hoīs sunt, numerus dierum eius apud te est. Nō aūt puto istos uolūtatum pa tronos, simplicitate illorum tam impudēter usu ros, ut aut fortuitu ista dicāt accidere, aut nō rena tos afferant nō perire. Aperte em̄ aut cum Paga nis cōuincerent̄ sentire de fato, aut cū Pelagianis trāsfusum ī posteros Adæ negare pc̄tm̄. Fato aūt nō baptizari paruulos, nec Pelagiani potuerunt dicere: sed ǭa eos liberos a pc̄tō ausi sunt profite ri, meruere damnari. Cum aūt de discretiōe oīm hoīm q̄stio uentilet̄, et ab oībus hoīb⁹ paruuli ne queant separari, simulq; de totius ætatis hoībus ueritas dixerit: Fili⁹ hoīs uenit quærere & salua re qđ perierat: frustra profunditatē inscrutabilis grãæ per liberꝝ arbitriū conant̄ apire, qui cām ele ctionis in eoꝝ cōstituunt meritis qui eligunt̄. Et cū multa de maioꝝ uolūtate ac iudicio inepta & falsa protulerint, in paruuloꝝ tn̄ discretione defi ciūt, nec possunt de eius quæstionis ratione reddi ta gl̃iari, quæ de omnibus hoībus tractat̄, & non de oībus expeditur. Multiformitas aūt & magni tudo diuinæ grãæ, probat istos cōtra ueritatē, etiā ꝙ de maiorum uolūtatibus loquunt̄, astruere, eo rūq; ꝑsuasioni diuinoꝝ eloquioꝝ testimonia re pugnare. Quæ si oīa sermoni nr̄o uelimus anne ctere, modus nō erit differēdo. Quæ tn̄ si se recor dationi offerūt, nō omittant̄, ut quātum satis est, manifestet̄ om̄e hoīs bonum meritū ab initio fi dei usq; ad ꝑseuerantiæ consummationem, donū atq; opus esse diuinum.

Job. 14

Luce. 19.

Caput .VIII.

Igitur fides, q̄ bonæ uoluntatis & iustæ acti onis est genitrix, q̄ ipa fonte nascat̄, apl's Pau

Roman.1. lus exponat, q pro Romanorum fide deo grãs agit, dicens: Primum quidem grãs ago deo meo per Iesum Chrm pro oibus uobis, quia fides uestra annunciat in uniuerso mũdo. Ad Ephes. quoque scri-
Ephesi.1. bens: Propterea (inquit) & ego audita fide ura q est in dño Iesu, & dilectione in oẽs sanctos, nõ cesso grãs agens pro uobis, memoriã uri faciens in orationib. meis, ut deus dñi nri Iesu Christi pater gloriæ, det uobis spm sapiẽtiæ & reuelationis in agnitiõem eius, illuminatos oculos cordis uestri, ut sciatis quæ sit spes uocatiõis eius, quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis. De fide etiam
Coloss.1. Colossensium similiter deo grãs agens: Grãs agimus (inquit) deo & patri dñi nri Iesu Christi, semper pro uobis orantes, audiẽtes fidem urãm in Christo Iesu, & dilectionẽ quã habetis in sanctos oẽs, propter spem quæ reposita est uobis in cælis. Et ut alia bona ab eodem bonorũ autore percipiant, qd pro eis oret enarrãs: Ideo (inquit) & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro uobis orãtes & postulantes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius, in omi sapiẽtia & intellectu spiritali, ut ambuletis digne, deo placẽtes, in omni ope bono fructificãtes, & crescẽtes in scientia dei, in uirtute cõfortati scdm potentiam claritatis eius, in omi patientia & lõganimitate cũ gaudio. Itẽ ad Thessa.
Philip.2 catura compagem, in qua omne genu flectit deo, & omnis lingua confitet, q̄m Iesus in gl'ia dei patris est. Hanc latitudinem gr̄æ, in plenitudine dispositorum tp̄m reuelandæ, facta ad Abraham promissio dei, signis iam luculentioribus indicabat, q̄n duplex eius successio (filij scilicet carnis, et filij promissionis) multitudini arenarum comparabat & siderum, & uir senex per annosam uxoris sterilitatem, ab spe iam prolis alienus, credebat laudabili fide per germen unius filij p̄rem futurum esse se mundi, prospiciens illum in semine suo, immo

Iohan.8 conspiciens, qui dixit: Abraham diem meum uidit, & gauisus est. Qua fide Abraham cum iustificaret, nondum mandatum circuncisionis acceperat, sed cum esset in præputio naturali, reputata est fides eius ad iustitiam. Et eadē fides signaculum circuncisionis acceperat in eo corporis membro, per q̄d semen procreationis peruenturum erat ad eam carnem, in qua sine carnali semine dei filius deus, uerbum caro fieret, ac de Abrahæ filia Maria uirgine nasceret, assumptis oībus in hui9 natiuitatis consortium, qui in Chr̄o per sp̄m sanctum regenerati, quod Abraham credidit, credidissent.

Caput .V.

HAec aūt fides anteq̄ ueniret, hoc semē de quo Abrahæ dictū est: In semine tuo bn̄-

Gen.12. dicent oēs gētes terræ, intra unius stirpis populum continebat, uigente apud ueros Israelitas spe redemptionis nostræ. Q̄m etsi fuerunt ex alienigenis, quos tpibus legis ueritas illustrare dignata sit, tam pauci fuerūt, ut uix cognoscant an fuerint. Neq; ob hoc excusabiles sint nationes q̄

alienatæ a conuersatione Israel, spem non haben-
tes, & sine deo in hoc mundo sub ignorãtiæ tene-
bris perierunt, quia hæc abundantia gratiæ quæ nunc
uniuersum mundũ rigat, pari antea largitate nõ
fluxit. Adhibita enim semper est uniuersis homini
bus quædã supernæ mensura doctrinæ, quæ etsi
parcioris occultiorisque gratiæ fuit, sufficit tamen sicut dominus
iudicauit, quibusdam ad remedium, omnibus ad testi-
monium, ut non dubiæ, sed euidenter appareat, quod
nisi ubi abundauit peccatum, superabundaret & gratia,
nunc quoque uniuersum genus humanũ similis obcæ-
caret impietas. An forte (ut pleri que garriunt) me-
liora quam ueterum ingenia nostris seculis orta sunt, & a-
ptiores diuinis donis animas tempora extrema pepere
rũt? Quod etiã si ita esset, ad bonitatẽ id referendũ
esset autoris, qui uocãdis ad uitã æternam populis,
ea quæ nõ retinerent, corda finxisset. Sed nihil pror
sus nouatum est in generatione carnali, nec generosior
auis, minorum orta successio est, cũ potius in hominibus
illius temporis, quo mundi redemptor aduenit, quãto
erat propago tardior, tanto sit iniquitas inuenta
robustior. Probauit hoc Iudaici furoris ĩpietas.
Et quam apta euãgelio Christi fuerit illa generatio, nõ so-
lum populi, sed etiam scribarum & prĩcipum ac sacer-
dotum corda docuerũt. Quibus parum fuit in agnũ
dei, tollẽtem peccatum mũdi, cõtra testificationem le-
gis, cõtra oracula prophetarum, cõtra diuinarum ex-
perimẽta uirtutum, seditionibus, cõtumelijs, spu
tis, alapis, colaphis, lapidib. flagris, & ad postre-
mum crucis atrocitate sæuisse, nisi etiã testes re-
surrectionis eius eadem persequerent insania. Quã
apostoli qui a põtificibus flagellati sunt, ostenderũt in Act. 4.

Psalm. 2. psalmo Dauidico prophetarum, dicẽtes: Dñe, tu es qui fecisti cœlũ & terrã & mare, & oĩa quæ in eis sunt, q spũ sancto per os pr̃is nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerũt gẽtes, & ppl̃i meditati sunt inania? Astiterũt reges terræ, et principes cõuenerunt in unũ aduersus dñm, & aduersus Chr̃m eius. Conuenerunt em̃ uere in ciuitate ista aduersus sanctũ filium tuũ Iesum (quẽ unxisti) Herodes & Pon. Pilatus cum gentibus & populis Israel facere, quæ manus tua & conciliũ decreuerunt fieri. Igit̃ ad manifestãdam gr̃am dei, quæ ex æterno eius incõmutabiliq; cõsilio in salutem oĩm gentium disponebat̃, nõ priora quasi incapacia declinata sunt tp̃a, sed ista electa, quæ tales populos ediderunt, quorum ferox & uoluntaria iniquitas non cõsulendi affectu, sed intentione sæuiẽdi persisteret facere, quæ manus dei & cõcilium decreuerũt fieri, ut mirabilior esset gr̃a & potentia dei, quæ de tam duris animis, tã tenebrosis mẽtibus, tã inimicis cordibus fecit sibi populũ fidelem, subditum, sanctum, qui nõ per sapientiã huius mũdi puenit ad lumen sapientiæ dei, sed per illius donum, de quo testat̃ Iohãnes apl̃s,
1. Iohã. 5. dicens: Scimus qa filius dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus ueꝛ deum, & simus in uero filio eius. Cui testimonio apl̃s Paulus cõso-
Coloss. 1. nat dicens: Gr̃as agentes patri, qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctoꝛ in lumine, qui eripuit nos de tenebris & de ptãte tenebraꝛ, & trãstulit in regnũ filij dilectionis suæ. Et iteꝛ idẽ: Eramus
Titum. 3 em̃ (inquit) aliqñ insipientes, increduli, errantes, seruiẽtes desiderijs & uoluptatibus uarijs, in ma

licia & inuidia agentes,odibiles, odientes inuicē.
Cum aūt benignitas & humanitas apparuit sal-
uatoris nrī,non ex opibus iustitiæ, quæ fecimus
nos,sed scdm suā misericordiam saluos nos fecit,
per lauacrum regnationis spūsancti,quem effu
dit in uos abunde p Iesum Chrm saluatorē nrm,
ut iustificati grā ipius,hæredes simus scdm spem
uitæ æternæ.Potuitne plenius, luculētius,uerius
explicari,quæ merita hoīm Chrs inuenerit,& qs
sibi mores subiecerit,quæ ad se corda cōuerterit, Matth. 9.
qn̄ uenit mederi nō sanis,sed male habētibus, &
uocare nō iustos,sed peccatores?Qm̄ gētium po- Isaie. 9.
pulus,q sedebat in tenebris, lucem uidit magnā,
& sedētibus in tenebris & umbra mortis,lux or
ta est illis.Fremebāt gētes,irascebanī populi,sæ-
uiebant reges,& ptātes cōtradicebant,supstitio-
nes,& totius mūdi reluctabanī errores. Sed de re
sistentibus,furētib. persequentibus, pplm suum
Chrus augebat,& per uincula ac supplicia mor-
tesq; sanctor roborabaī fides,uincebat ueritas,
perq; uniuersum mūdum dn̄ici agri segetis mul-
tiplicabaī hubertas. Tanta em̄ desup præbebaī
constantia fidei,fiducia spei, fortitudo tolerātiæ,
ut ille ignis dilectionis, quē in cordibus fidelium
spūs sanctus accenderat,nullo modo opprimenti
bus posset extingui.Cum & q cruciabanī,uehe-
mentius inardescerent, & qui sæuiebāt,eandem
quā psequebanī flammam sæpe cōciperent, qua
beatus apls Paulus ignitus,fidenī feruentiq; dice Roman.5
bat:Iustificati igiī ex fide pacē habeam9 ad dn̄m
nrm Iesum Chrm, per quē & accessum habem9
fide in grām istā,in qua stamus,sed et gloriamur

in spe gloriæ filiorum dei. Non solum aũt, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes q̊d tribulatio patiẽtiam operat̃, patientia aũt probationẽ, probatio v̊o spem, spes aũt nõ cõfundit, q̃a charitas dei diffusa est in cordibus nr̃is per spm̃ sanctũ, q
Roma.5. datus est nobis. Et iterum: Quis nos separabit a charitate Chri? tribulatio, an angustia, an psecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptũ est: Quia propt̃ te mortificamur
Psal. 43. tota die, existimati sum⁹ sicut oues occisiõis. Sed in his oĩbus superamus per eum qui dilexit nos. Certus sum eñ q̃a neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instãtia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos separare a charitase dei, quæ est in Chr̃o Iesu dño nr̃o. Hæc charitas diffusa per spm̃ sanctum, fecit ut mũdus fidelium mũdum uinceret impiorum. Hæc Neronis crudelitatẽ, Domitiani furorem, multorumq; post eos principum, glorioso innumerabilium martyrum fine cõfudit, donante Chr̃o imitatoribus suis, de psecutionibus regum æternarum stemmata coronarum.

Caput .VI.

NVlla igit̃ ratio dubitãdi est, Iesum Chr̃m dñm nostrum pro impijs & peccatorib⁹ mortuum, a quorum numero liber inuẽtus est. Nõ est pro oĩbus mortuus Chr̃s? Sed prorsus pro oĩbus mortuus est Chr̃s. Nemo ergo oĩm hominum ante recõciliationem, quæ per Chr̃i sanguinẽ facta est, nõ aut peccator aut impius fuit,
Roman.5 dicente Ap̃lo: Si eñ Christus cum adhuc infirmi essemus, iuxta tẽpus, pro impijs mortuus est, uix

enim pro iusto quis morit: nã pro bono forsitan quis audeat mori. Commẽdat aũt suam charitatẽ deus in nobis, Qm̃ si cũ adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipm̃. Si em̃ cum inimici essemus, recõciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis recõciliati salui erimus in uita ipsius. Idem autẽ Apl's in .ij. ad Corint. ait: Charitas em̃ Chri urget nos iudicãtes hoc, qm̃ si unus pro oĩbus mortuus est, ergo oẽs mortui sunt, & ꝓ oĩbus mortuus est, ut & qui uiuunt, iam nõ sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. De seipso uero qd pronunciat, audiamus: Fidelis (inquit) sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus uenit in hunc mũdum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum: sed ideo misericordiã cõsecutus sum, ut in me primo ostenderet Chr̃us Iesus oẽm patientiam, ad informatiõem eoꝝ, qui crederituri sunt illi in uitam æternam. Siue ergo circuncisio, siue præputium, peccato uniuersalit̃ cõcludebat̃, unusq; oẽs reatus obstrinxerat, & inter magis minusq; impios nemo erat q posset absq; Christi redemptione saluari. Quæ redemptio uniuerso sese intulit mundo, et oĩbus hoĩbus indifferent̃ innotuit, qñquidem in die quĩquagesimo ab illo pascha, in quo se hostiam deo uerus agnus obtulerat, cũ apostoli, & qui cum eis unanimes erant, repleti spũ sancto, linguis oĩm gentium loquerentur, cõueniebat excita miraculo diuersi gñis hominum multitudo, ut euãgelium Chri in eis qui aderant, totus mundus audiret. Confluxerant au

2. Co. 5.

1. Timo. 1.

Acts. 2.

tem(sicut scriptum est)Parthi et Medi, Elamitæ, & qui inhabitant Mesopotamiam, Iudæam & Cappadociā, Pontum & Asiam, Phrygiā & Pāphyliā, Aegyptū & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoq; & ꝓselyti, Cretes & Arabes, audientes eorꝫ linguis ꝑdicari magnalia dei, quorꝫ testificatio etiā in eas gentes quæ remotiores sunt, longe lateq; procurreret. Ad cuius rei effectum credimus prouidētia dei, Romani regni latitudinem præparatam, ut nationes uocādæ ad unitatē corporis Chri, prius iure unius consociarent̄ impietatis. Quis gratia Christiana non contenta sit eosdem limites habere quos Roma, multosq; iā populorꝫ sceptro crucis Christi illa subdiderit, quos armis suis ista nō domuit. Quæ tñ per apostolici sacerdotij principatum amplior facta est arce religionis, q̄ solio ptātis. Quod si forte quēadmodum quasdā gentes, q̄d non uolunt, in cōsortium filiorum dei nouimus adoptatas, ita etiā nunc in extremis mundi partibus sunt aliquæ nationes, quibus nondū grā saluatoris illuxit. Non ambigimus etiam circa illas occulto iudicio dei tp̄s uocationis esse dispositum, quo euangelium quod nōdum uiderūt, audiant atq; suscipiant. Quibus tñ illa mensura gñalis auxilij, quæ desuꝑ oībus sꝑ hoībus est ꝑbita, nō negat̄. Quis tam acerbo natura humana uulnere sauciata sit, ut ad cognitionem dei neminem contemplatio spontanea plene ualeat erudire, nisi obumbrationem cordis uera lux discusserit, quā inscrutabili iudicio deus iustus & bonus, nō ita præteritis seculis quēadmodum in nouissi

mis diebus effudit. Vnde & beatus apl's Paulus scribēs Colossensibus, ait: Mysterium quod absconditum fuit a seculis & gñationibus, nūc autē manifestatum est sanctis eius, q̄bus uoluit deus notas facere diuitias gloriæ sacri huius in gentibus, quod est Chr's in nobis. Coloss. 1

Cap. VII.

NVnquid hoc mysterium etiā prophetis incognitum fuit? & illi per quos sp̄us sanctus loquebat̄, ea quoꝝ ab ipis fiebāt denunciationes, nesciebant? Non ita plane intelligē dum puto, sed ipis gentibus absconditum fuisse mysterium, quod dn̄s q̄n uoluit, & quibus uoluit, reuelauit. Nam de uocatione gentium (quæ nō erant populus dei, & quibus prius non misertus est, nunc aūt misereт̄) in Deuter. ita dicit̄: Et uidit dn̄s & zelauit, & iratus est propter irā filioꝝ suorum & filiaꝝ, & dixit: Auertam faciē meam ab eis, & ostendam quid erit in nouissimo, q̄a gñatio peruersa est filijs, in q̄bus non est fides in illis. Ipsi in zelum compulerunt me in hoc quod non est deus, irritauerūt me in idolis suis. & ego in zelum incitabo eos in eis q̄ non erāt gens, super gēte insipiente irritabo eos. Et Dauid hæc de adoraturis deum oībus gentibus præcinit: Omnes gentes quascunq; fecisti, uenient & adorabunt corā te dn̄e, & glorificabūt nomen tuū. Et iteꝝ idē: Et adorabūt eū oēs reges terræ, oēs gentes seruiēt ei. Et iterum: Benedicent̄ in ipo oēs tribus terræ, oēs gētes magnificabunt eū. Isaias quoq; similia annunciat dicens: Q̄m erit in nouissimis diebus manifestus mons dn̄i, & domus dei in cacumine mōtium, & exaltabitur super colles, & ueniēt ad eū Deute. 32. Psal. 85. Psalm. 71 Ibidem. Isaię. 2.

omnes gentes. Et iterũ idem: Et faciet (inquit) dñs sabaoth omnibus gentibus, in monte isto bibēt in iucunditate uinum, ungent unguento in monte isto, tradet hæc oīa gentibus: hoc em̄ consilium super oēs gentes. Et iterum idem: Et reuelabit dominus brachium suum sanctũ in conspectu oīm gentium, & uidebunt omnes gentes terræ salutē q̄ a dño est. Et iterũ: Ecce aduenæ ad te p̄ me accedent, & ad te fugient. Et infra: Gentes quæ te nō cognouerunt, inuocabunt te: & populi qui te ne

Osee.1. sciunt, ad te cōfugient. Osee quoq; paria prophetat, dicens: Et erit in loco in quo dictũ est eis, Non populus meus uos, ibi uocabuntur filij dei uiui,

Osee.2. & congregabuntur filij Iudæ & filij Israel in idip̄m. Et iterum: Miserebor non dilectæ, & dicam non populo meo, ppl's meus es tu: & ipse dicet, deus meus es tu. Sub apostolis uero, cum ij qui in Christum ex circuncisione crediderāt, eos qui gētiles erant, dicebanturq; p̄putium, iustificationũ gr̄æ arbitrarent participes esse nō posse, docet beatus apl's Petrus q̄ indiscretus apud deum uterq; sit populus, si in unitatē fidei ambo conuenerint.

Act.11. Cum aũt (inquit) cœpissem loqui, decidit spũssanctus sup eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum aũt uerbi dñi, sicut dicebat: Iohānes quidem baptizauit aqua, uos autē baptizabimini spũ sancto. Si ergo eandem gr̄am dedit illis deus sicut & nobis, qui credidimus in dñm Iesum Christũ, ego quis erā qui possem prohibere deũ? His auditis tacuerunt, & glorificauerunt deum dicētes: Ergo & gentibus deus pœnitētiam ad uitam dedit. Iacobus quoq; apl's de hac uocatione gentiũ

dicit: Viri frẽs audite me: Simon narrauit quẽad Act.15.
modum primum deus uisitauit sumere ex genti
bus populũ nomini suo. & huic concordant ṽba
propheta℞, sicut scriptũ est: Post hæc reuertar, et Amos.9.
reædificabo tabernaculũ Dauid q̃d cecidit, & di-
ruta eius ædificabo, & erigam illud, ut requirant
cæteri hoĩm dñm, & omnes gẽtes super quas in-
uocatum est nomẽ meum, dicit dñs faciens hæc,
notum a seculo est dño opus suum. Symeon quo
q; ille cui responsum erat a spũ sancto, non eũ ui-
surum mortem priusquam uideret Christũ dñi, Luce.2.
de salute oĩm gentium quæ in Christo reuelaba
tur, hæc dixit: Nunc dimitte seruum tuum dñe, se
cũdum uerbum tuũ in pace: Quia uiderunt ocu-
li mei salutare tuũ: Qđ parasti ante faciẽ oĩm po-
pulo℞: Lumen ad reuelationem gentium, & glo
riã plebis tuæ Israel. His & alijs testimonijs scri-
pturarum nõ dubie demonstrat̃ istam ditissimã,
potentissimam, benignissimam grãm, qua in no
uissimo mundi tpe omnes gentes in regnũ Chri
uocant̃, prioribus seculis in occulto dei abscondi-
tam fuisse cõsilio, & cur hac manifestatione qua
nunc uniuersis nationibus innotescit, antea reue
lata non fuerit, nullam posse scientiam compre-
hendere, nullam intelligẽtiam penetrare, cum tñ
illud quod de bonitate dei pijssime credit̃, q̃ oẽs
homines uelit saluos fieri, & in agnitionem ueri
tatis uenire, nõ oporteat nisi perpetuũ æternũq;
sentiri, scđm eas mẽsuras, quibus deus dona grã
lia specialibus nouit cumulare muneribus. Vt et
qui exortes grãe fuerint, de sua nequitia redargu
antur; & qui eius lumine enituerint, non in suo

merito, sed in dño glorient. In hoc sane angusto quidem, sed tñ recto intelligentiæ tramite, nõ parum difficultatis opponit cõsideratio paruulorum, qui nullo iudicio rationis utunt, quo autoris sui beneficia sentientes, ad agnitionem ualeant ueritatis accedere. nec uident de neglectu opitulantis grãæ iuste argui, in illa ignorantia naturaliter cõstituti, quam dubium nõ est nullam recipere scientiam, nullã sentire doctrinã. Cap. VIII.

VNde cum omẽs homines uelit deus saluos fieri, quid est quod alienat a salute perpetua tanta infantiũ multitudo, totq; in his ætatibus hominum milia extra uitã relinquunt æternam, quasi ad hoc tm̃ conditi sunt ab eo, qui neminem odiens creauit, ut quia in hunc mundũ cum peccati carne uenerũt, insolubilis culpæ uincula sine reatu propriæ actionis inciderent, quid hoc profundius, qd mirabilius esse potest? Neq; credi fas est eos, qui regñationis non adepti sunt sacrm, ad ullum beatorum pertinere cõsortium. Et magis stupendũ, magisq; sit mirum, q ubi actio non offendit, ubi arbitrium nõ resistit, ubi eadẽ miseria, similis imbecillitas, causa communis est, non unum esse de tanta parilitate iudicẽ, & quales reprobat abdicatio, tales adoptat electio. Verum tñ de hac altitudine discretionis dei nõ conturbabit cor nostrũ, si firma & stabili fide omne iudicium dei iustum esse credamus, nec appetamus habere cognitum, quod uoluit esse secretũ, ut ubi inuestigare nõ potest quare ita iudicet, sufficiat scire quis iudicet. Quanquam nõ ita incognoscibilis ista sit quæstio, ut nihil sit qd de eã erudi-

tionis possimus acquirere, si ad contemplandum id quod uideri potest, trāquillus sobrij cordis adhibeaſ intuitus. Cum eñ consideramus inter paganos, inter Iudæos, inter hæreticos, inter ipsos catholicos Christianos, q̄ multiplex pereat nūērus paruulorum, quos quantum ad proprias pertinet uolūtates, neq bonum aliqd, neq malum constat egisse, discimus super eos illā manere sententiam, quam humanum genus præuaricatione primi parentis excepit, cuius sententiæ rigor, dū etiam circa tales non resoluiſ, q̄ magnū illud peccatum fuerit, demonstraſ. Nemo aūt putareſ nō innocēs nasci, nisi etiam talibus esset noxium nō renasci. De immaturitate ỽo mortis nō est rō cō quirendi, cum semel in naturam nostram p peccatum ingressa mortalitas, obnoxium sibi oēm uitæ nostræ fecerit diē. Esset eñ qm̄ scd̄m aliquē modum immortalis dici homo posset, si esset tp̄s intra quod mori omnino nō posset. Sed nunquā corruptio ita incorruptionis est particeps, ut non semper obnoxium sit defectioni, qd' debeſ occasui. Vitæ huius prīcipium mortis exordium est, nec prius incipit augeri ætas nr̄a, q̄ minui. Cui si quid adijciſ spatij tp̄alis, nō ad hoc accedit ut maneat, sed in hoc trāsit ut pereat. Quod ergo ab initij sui die mortale est, qualibet occidat die, nō cō tra legem mortalitatis occumbit. Nec unquā eis uicinius est posse uiuere, q̄ posse deficere. Quis autē ex una causa oīm hoīm sit orta mortalitas, non in unā tñ, sed in multiplicem imbecillitatem corruptibilis natura distrahiſ. Et siue morbis, siue debilitatib. siue uulnerib9, nō solum anni aut

menses uel dies ætatis humanæ, sed & omnes horæ, omniaq; momēta subiecta sunt. Nec est aliqđ mortis genus, aut ullus obeundi modus, qui non intra uniuersitatem mortalium in aliquam inci dat portionem. Manet eñ graue iugum sup filios Adam, a die exitus de uentre matris eo℞, in diem sepulturæ in matrem oĩm. Sed huius asperrimi iugi pondera, nõ ita in Adæ filios irruerunt, ut diuina iustitia nihil eis suæ dimensionis adhiberet, quæ defectionũ legibus ita defectura subiecit, ut ab eis moderationum sua℞ nõ euerteret ptãtem. Ideo oĩa oẽs inciderent mala, quia per cõmunem cõditionem omnes oĩbus subiacerẽt, sed ut generali necessitate uariata, causas sibi dñs indulgentiæ correptionisq; seruaret, essetq; in uno oĩm debito, qđ & misericors remitteret, et iustus exigeret. Cum igĩ iusta & omnipotens prouidentia dei incessabiliter uniuersa dijudicet, & nemo in hunc mundum ueniat, neq; ab hoc mundo exeat, nisi eo ortu atq; discessu, quem re℞ arbiter secundum altissimam scientiam suam, sapientiãq; decernit, sicut scriptũ est in libro Iob: Quis igno-
Iob.12. rat φ omnia hæc manus dñi fecerit, in cuius manu anima oĩs uiuẽtis, & spũs uniuersæ carnis ho minis? Et ite℞: Breues dies hoĩs sunt, & numerus
Iob.14. dierum eius apud te est. Quis audeat causas operum & consiliorum eius inquirere? Inscrutabile eñ est, ualdeq; secretum, cur tantis differẽtijs cõditio humana uariata sit. Illũ ab infantia usq; in senectutem longæua carpit infirmitas, nec inter pseuerãtes dolores statutæ deficit tp̃s ætatis. Illũ integris ualẽtem uiribus annosissimus uigor ue-

getat. Huic in pueritia finis est, illi in adolescẽtia; Huic ultra iuuentutem non licet progredi, illi impossibile est usq; ad loquendi rudimenta grandescere. Quas uitæ metas m̃ltiformiter inæquales, minus acerbas experiret̃ caduca mortalitas, si p̃sentis tm̃ seculi detrimenta pateret̃, & nõ in æternas miserias caderent, qui hinc sine lauacro regenerationis exissent. Sed cum inscrutabilis sit causa donoꝝ quæ gr̃a tribuit, q̃ miseriaꝝ quas natura promeruit, ipsa nos intelligentiæ difficultas ad nr̃m remittit autorem. Et cum quærimus: Quõ omnes homines saluos fieri uelit, qui non oĩbus illud tp̃s impertit, in quo per uoluntariam fidem percipiendæ gr̃æ sint capaces? Non irreligiose arbitror credi, neq; incõueniẽt̃ intelligi, ꝙ isti paucorum dieꝝ homines ad illam pertineãt gr̃æ partem, quæ ꝑ uniuersis est impensa nationib. quã utiq; si bene eorum uterent̃ parentes, etiam ipsi per eosdem iuuarent̃. Oĩm nanq; exordia paruulorum, totaq; illa principia necdum rationalis infantiæ, sub arbitrio iacent uoluntatis alienæ, nec ullo modo eis nisi per alios consuli potest: & consequens est illos ad eoꝝ pertinere cõsortium, quorum uel recto uel prauo agunt̃ affectu. Sicut em̃ ex aliena confessione credunt, ita ex aliena infidelitate aut dissimulatione nõ credunt. Et cum ipsi nec præsentis uitæ desiderium habuerunt, nec futuræ, q̃ ipsorum factum est nasci, tam ipsoꝝ efficitur nõ renasci. Sicut aũt circa maiores p̃ter illã gñalem gr̃am ꝑcius atq; occultius oĩm hoĩm corda pulsantẽ excellẽtiore ope, largiore mũere, potẽtiore uirtute uocatio specialis exerit̃, ita etiã cir-

ca innumeros paruulos eadē manifestaē electio. Quæ quidem nec illis qui renati non sunt, in parētibus defuit, sed ijs qui renati sunt, præ parētibus affuit. Ita ut multis sæpe, quos suorum impietas deseruit, alienorum cura seruierit, & ad regnationem uenerint per extraneos, quæ eis nō erat prouidenda per proximos. In quo opere grãæ quis nisi arrogantissimus atq; uanissimus de diuina iustitia cōqueratur, quod nō oībus paruulis similis prouidentia consulat, oīaq; pericula quæ morituroꝝ regnationem prohibere possunt, aut prãte submoueat, aut miseratione præueniat? Quod utiq; erga omnes ita fieret, si ita fieri omino deberet. Non aūt latet, quãtum cordibus fidelium desidiæ gignereē, si in baptizãdis paruulis nihil de cuiusquam negligentia, nihil de ipsoꝝ esset mortalitate metuēdum, qñquidem ut tales baptismo fraudarenē, nullo modo posset accidere. Hac ꝟo tam inamissibili felicitate infantium, uehementissime opinio illius roboraret erroris, qui grãm dei secundum merita hoīm dari, audet contra fidem catholicam prædicare. Videretur quippe in culpabili innocētiæ hoc tota æquitate deberi, ut neminem eoꝝ adoptio præteriret, q̊s nullus reatus perstrīgeret. Nec impie a quodam de paruulorum baptismo dictum fuisset: Habet grã quod adoptet, non habet unda quod diluat. Sed hoc detestabiliē prædicatum omnes discipuli ueritatis intelligunt, & inde manifestum est eos q salui fiunt, nō merito, sed grã liberari, qa sine baptismo mortuos, perisse non dubium est. Qui utiq; nisi grauissimi peccati essent participes, nō perirent.

Nunc aũt occulta quidẽ dei diſcretione, ſed iuſta, ſic oſtendit, & quid conferat grã, & quid præuaricatrix mereat natura: ut nec contra donum eleuetur ſuperbia, nec contra periculum ceſſet induſtria. Siue igitur nouiſſima cõtemplent ſecula, ſeu prima, ſeu media, rationabiliter & pie credit oẽs homines ſaluos fieri deũ uelle, ſemperq; uoluiſſe, & hoc nõ aliunde monſtrat, q̃ de ijs beneficijs, ea q; prouidentia dei, quam uniuerſis gñationibus cõmuniter atq; indifferent impẽdit. Fuerunt enĩ ac ſunt huiuſmodi dona ita gñalia, ut per ipſorũ teſtimonia ad quærendum uerum deum poſſent homines adiuuari, quibus donis autorem ſuum per omnia ſecula proteſtantibus, ſpecialis gratiæ largitas ſupfuſa eſt. Quæ licet copioſius nunc q̃ ante præſtet, cauſas tñ diſtributionum ſuarũ dñs apud ſcientiam ſuam tenuit, & intra ſecretũ potentiſſimæ uoluntatis occuluit, quæ ſi oĩbus uniformiter affluerent, nõ laterẽt. Et q̃ nulla eſt ambiguitas de benignitate gñali, tam de ſpeciali miſericordia nihil quod ſtupendum eſſet, exiſteret, ac perinde illa eſſet grã, iſta nõ eſſet. Deo aũt placuit & hanc multis tribuere, & illã a nemine ſubmouere, ut ex utraq; appareat non negatum uniuerſitati, q̃d collatũ eſt portioni, ſed in alijs præualuiſſe grãm, in alijs reſiluiſſe naturam. Hanc quippe abundantiorẽ grãm ita credimus, atq; experimur potentiam, ut nullo mõ arbitremur eſſe uiolentam, quo quicq̃d in ſaluandis hoĩbus agit, ex ſola dei uoluntate peragat, cum etiã ipſis paruulis per alienæ uoluntatis ſubueniat obſequiũ.

Caput .IX.

GRatia quidem dei in omībus iuſtificatio-nibus principaliter præminet, ſuadēdo exhortationibus, monendo exemplis, terrendō piculis, incitando miraculis, dando intellectū, inſpirando conſilium, corq; ipſum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam uolūtas hoīs ſubiungit̄ ei atq; coniungit̄, quæ ad hoc prædictis ex excitata præſidijs, ut diuino in ſe cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritū, q̄ ſuperno ſemine cōcepit ad ſtudium, de ſua habēs mutabilitate ſi deficit, de grāæ opitulatione ſi proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos, ſiue occultos ſiue manifeſtos, omnibus adhibet̄, & q̄d a multis refutat̄, ipſorum eſt nequitiæ: quod aūt a multis ſuſcipit̄, & grāæ eſt diuinæ, & uoluntatis humanæ. Siue igit̄ initia, ſiue profect⁹ fidelium, ſiue uſq; in finem perſeuerantium cogitemus genus, nulla ſpecies cuiuſquā uirtutis occurrit, quæ uel ſine dono diuinæ grāæ, uel ſine cōſenſu noſtræ uoluntatis habeatur. Ipſa em̄ grā hoc omni gn̄e medendi atq; auxiliandi agit, ut in eo quē uocat, primam ſibi receptricem & famulam donorum ſuorꝝ præparet uolūtatem. Nam uirtus uolentiū nulla eſt, nec poteſt aſſeri uel fidē uel ſpem uel charitatem eis ineſſe, quorꝝ ab his bonus conſenſus alienus eſt. Hunc aūt cōſenſum non ſolum cohortatio prædicantiū & incitamēta doctrinæ, ſed & metus gignit, propter quod ſcriptū eſt: Principiū ſapientiæ timor dn̄i. Qui quātiſlibet terroribus inferat̄, nō aliud agit, q̄ ut quem fecerit timentē, faciat & uolentem, nec ſolum uolentem, ſed etiā ſapientem. Vnde & illud ſcriptum eſt: Beatus cui

Prou. 9.

Eccle. 25.

donatum est habere timorem dei. Quid em̄ tam beatificū, q̄ hic timor, qui genitor eruditorq; sapiētiæ est? In cuius utiq; deuotione deuota est & uoluntas, quæ autore grā̄ eodem proficit timore quo cœpit. Cum ergo hic timor etiam per quandam uim magni terroris immittit̄, non ibi ratio extinguit̄, nec intellect⁹ auferr̄, sed illa poti⁹ q̄ mētem premebat caligo discutit̄, ut uoluntas deprauata prius atq; captiua, recta efficiatur & libera. Vnde sicut animus nihil uirtutis capit, nisi radiū ueri acceperit luminis, ita grā nihil ei quē uocat, confert, nisi oculos in eo apuerit uoluntatis. Quæ in plerisq; (sicut superius disputatum est) ab ipso initio sui ardentissima, citis & magnis ditat̄ augmentis. In plerisq; aūt tarde cunctanterq; proficiens, uix ad ea incrementa prouehit̄, quæ idoneā ad perseuerandum habeant firmitatē. Dicit quidem dn̄s: Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, attraxerit eum. Sed hoc ideo dictum est, ut illam fidem, sine qua nemo ad Chr̄m uenit, ex patris haberi munere nouerimus, scd̄m illud quod aplo dr̄: Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus q in cælis est. Qui cordibus trahendorum hoc egit ut crederent, hoc effecit ut uellēt. Non em̄ esset unde traherent̄, si seq̄ces fide et uoluntate nō essent, qm̄ q nō credūt, nec trahunt̄ oīno, nec ueniūt, neq; accedūt q dissentiūt, sed recedūt. qui ergo ueniūt amore ducunt̄, dilecti em̄ sunt, & dilexerūt, q̄siti sunt & q̄sierunt: & qđ eos uoluit deus uelle, uoluerūt, qui ad obediendū sibi, ipm̄ uelle sic donat, ut etiā a perseueraturis illā mutabilitatē, q̄ pōt nolle, nō

Ioh. 6. (margin, beside "Nemo uenit ad me")
Matt. 16. (margin, beside "Beatus es Simon")

auferat. Alioquin nemo unq̄ fideliū receſſiſſet a fide. Neminem cōcupiſcentia uinceret, neminē triſtitia elideret, neminem iracundia debellaret, nullius charitas refrigeſceret, nullius patiētia frāgeret, & collatā ſibi grām nemo negligeret. Sed quia hæc poſſunt fieri, & in cōſenſum talium tētationum facilis nimium procliuiſq; deſcenſio ē, nunq̄ debet in auribus fidelium uox illa dñi non
Matt. 26. ſonare, qua apl'is dr̄: Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Vbi ſi de uigilando tm̄, non etiā de orando diſcipulos admoneret, ſolas liberi arbitrij uires uideretur hortatus. Sed cum addidit: & orate, ſatis docuit ſuperni futurę muneris, ut eos etiam uigilantes tentationis procella non uincere.
Lucę. 22 ret. Tale eſt & illud q̄d ait: Simon Simon, ecce ſatanas expoſtulauit ut uos cerneret uelut triticū, ego autē rogaui pro te, ne deficiat fides tua, & tu tandem conuerſus, confirma frēs tuos, & roga ne intretis in tentationem. Si ergo defectura erat fides tāti apl'i, niſi pro eo Chriſtus oraret, inerat ei proculdubio mutabilitas, quæ poſſet in tentatione nutare. Et non ita iam perſeuerātiæ fuerat uirtute ſolidatus, ut nullis periculis eſſet obnoxius, ſiquidem tam grauis eum ꝑturbatio etiam poſt iſta cōcuſſerit, ut in Caiphæ domo unius ancillæ interrogatione pauefactus, uſq; ad trinam negationem Chriſti (cui moriturum ſe ſpōpōderat) cōſtantia deficiente perductus ſit. Qui ergo tunc cōturbatum cor apl'i nō humanis, ſed diuinis cōuenit oculis, et ad largos pœnitudinis fletus potenti incitauit aſpectu, potuit hanc firmitatem animi præcipuo conferre diſcipulo, ut ſicut ipſum dñm

nihil ab explēdæ passionis proposito deterrebat, ita nec beatū Petrum ulla tunc formido superaret. Sed hæc stabilitas illius tm̄modo propria fuit qui solus uere potenterq; dicebat: Potestatem habeo ponere aīam meam, & ptātem habeo iterū sumere eam. Johan. 10 In cæteris uo hoībus donec caro cōcupiscit aduersus spm̄, & spūs aduersus carnem, & donec spūs quidem promptus est, caro aūt infirma, incommutabilis animi formido nō potest reperiri, qm̄ non huius, sed alterius uitæ est uere perfecta & secura felicitas. In præsentis aūt agonis incerto, ubi tota uita tentatio est, & ab insidianti superbia, nec ipsa est tuta uictoria, mutabilitatis periculo nō caret. Et licet innumeris sanctis suis donet uirtutem pseuerandi usq; in finem diuina protectio, a nullis tñ aufert, quod ipis repugnat ex ipsis, ut in oībus studijs eorum atq; conatibus sp inter se uelle & nolle decertet. Quā cōpugnantiam idem beatissimus Petrus etiā in ipa palmarum oīm consummatione perpessus est. Si quidē hoc ipse dn̄s protestet & dicat: Amen amē dico tibi, qn̄ iuuenis eras, præcingebas te & ambulabas ubi uolebas, cum aūt senueris, extendes manus tuas, & alius te præcīget, & ducet quo tu non uis. Johan. 21. Hoc aūt dixit, significans qua morte glorificaturus esset deum. Quis ergo ambigat, quis ignoret hanc fortissimā petram, quæ ab illa principali petra communicēm & uirtutis sumpsit & nominis, hoc desiderium sp habuisse, ut ei moriendi pro Chro constantia donaret? Veruntñ ita ineuitabilis erat obluctatio trepidatiōis, ut uir martyrij auidissimus, adepturus quidem denuncia-

retur uictoriam passionis, sed non sine tentatione formidinis. Merito igit nõ solum ab incipientibus, uerumetiam a prouectissimis sanctis uniformit dño supplicat & dr: Ne nos inducas in tẽtationem, sed libera nos a malo. Vniuersis em̃ q in fide & dilectione permanent, ab ipso donat ne in tentatione superent, ut qui gloriat, in dño gloriet. Ipsamq; gloriam ijsdem quibus eam impertit, ascribit. Vt q̃uis auxilio dei steterint, tñ quia in se habebãt unde caderẽt, ipsorum sit meritum quod steterunt. Igit sicut qui crediderunt, iuuant ut in fide maneant, sic & qui nõdum crediderũt, iuuantur ut credãt. Et quemadmodum illi in sua habent potestate, ut exeant, ita & isti in sua hñt ptãte ne ueniãt. Fitq; manifestum quod diuersis atq; innumeris modis omnes hoies uult deus saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. sed q ueniunt, dei auxilio dirigunt: qui nõ ueniunt, sua pertinacia reluctant. Quis aũt multi amantes tenebras suas, splendorem nõ recipiãt ueritatis, & multi qui illuminati fuerant, tenebrescãt, ṽbum tamen dei manet in æternum, & de promissionis ueritate nihil excidit. Intrat quotidie præscita & promissa gẽtium plenitudo, & in Abrahæ semine omnis gens, oĩs tribus, oĩs lingua benedicitur. Quod em̃ pater filio dedit, filius non amittit, neq; quisq; potest de manu eius eripere quod accepit. Firmum fundamentũ dei stat, & mãsuri in æternum templi ædificatio non uacillat, prætenta super oẽs ueritate & misericordia dei, a quo (quod & nec uni negatur, & nulli debet) in ijs quos promisit efficit. Ipse em̃ operat oĩa in oĩbus. Sed oĩa

Matth. 6. 1. Cor. 1.

proculdubio iusta & bona. Vniuersæ em̄ uiæ domini misericordia & ueritas. Qui sicut præsciuit ante secula, quanta totius mundi hoīm multitudo, uel cōibus usa donis, uel specialibus adiuta p̄sidijs, declinans tn̄ ab itinere ueritatis & uitæ, ingressura esset latitudinem erroris & mortis. Ita sp præcognitum habuit quantus piorum numerus per opem gr̄æ, & per seruitutem obedientiæ ad æternam beatitudinē pertineret. Vt nullo excidente de plenitudine promissorum (qui nec prouectu erat fallēdus, nec auxilio defuturus) eos glorificaret præ oībus, q̄s eligit ex oībus. Vniuersitati qppe hoīm (q̄d abūde ꝓbauimus) ita mltiplex atq; ineffabilis bonitas dei cōsuluit & sp cōsulit, ut neq; ulli peuntiū excusatio supperat de abnegato sibi lumine ueritatis, neq; cuiq; sit liberum de sua iustitia gloriari, cum & illos ꝓpria nequitia demergat ad pœnam, et istos dei gr̄a perducat ad gloriam. Psal. 24.

Caput X.

QVod itaq; in principio secundi huius uoluminis insinuauimus, hoc nūc iteꝝ cōmendamus, ut cum de gr̄æ profunditate & altitudine disputaī, tribus illis saluberrimis & ueracissimis diffinitionibus simus innixi. Quarum una profiteī æternum & ꝓprium diuinæ esse bonitatis, ut oēs hoīes saluos fieri uelit, & in agnitionem ueritatis uenire. Alia simul prædicat oēm hominem qui saluus fit, quiq; in agnitionem ueritatis uenit, dei auxilio iuuari & regi, ut q; in fide, quæ per dilectionē operaī, permaneat, custodiri. Tertia uero temperanī & sobrie protestaī, nō oēm uoluntatis dei comprehendi posse rōnem, eꝗ

multas diuinorꝶ operꝶ causas ab humana intelligentia esse subductas, ut cū in temporibus, in nationibus, in familijs, in paruulis, in nondum natis & genitis quædam aut uarie, aut insigniť gesta noscunť, nō ambigimus ea ex illis esse quæ iustus & misericors deus in hoc trāsituro seculo noluit sciri. Quod quidem ad utilitatē n̄ram dispositum sentiendum est, ut qm̄ salui facti sumus, cui præparauit deus quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, sicut constāter credimus uidendū q̄d nondū uidemus, ita patienť expectem⁹ intelligendū, q̄d nondū intelligimus. Si ergo cesset insidiosa malignitas, si insolens p̄sumptio conquiescat, his recte (ut arbitror) pertractatis, nullius supest causa certaminis, neq; ultra necesse est nos interminabilibus quæstionibus occupari. Elaboratum est enim quātum dn̄s adiuuit, ut non solum in nouissimis diebus, sed etiam in cunctis retro seculis probareť gr̄am dei omnibus hominibus affuisse, prouidētia quidem pari & bonitate gn̄ali, sed multimodo ope diuersaq; mensura. Qm̄ siue occulte siue manifeste, ipse est (ut Ap̄ls ait) saluator oīm hominum, maxime fidelium. Quæ sentētia subtilissimæ breuitatis & ualidissimi roboris, si tranquillo consideret intuitu, totam hanc (de qua egimus) cōtrouersiam dirimit. Dicēdo em̄: qui est saluator oīm hominum: confirmauit bonitatem dei super uniuersos hoīes esse gn̄alem. Adijciendo aūt: maxīe fidelium: ostēdit esse partē generis humani, quæ merito fidei diuinitus inspiratæ, ad summā atq; æternam salutem specialibus beneficijs proueha

tur. Quod utiq; nulla iniquitate agit iustissimi et misericordissimi dei, cuius iudicium in his dispensationibus non cum arrogantia discutiendū, sed cum tremore laudādum est, siquidem in ipsis q̄q; fidelium populis (quod iam superius ostensum ē) non eadem omnibus, nec paria conferant, & ante ulla humanorū pondera meritorum, dissimillima diuinorum mēsura sit munerū. Si enim de parentum carnaliū iudicijs conqueri nō audemus, cum aliquos filios suos ante ulla morum examina, ante aliqua pietatis obsequia, indulgentiore, amplectunt affectu, in dn̄is quoq; erga famulos libera est dispositio: nec iuste a quoq̄ reprehenditur, qui de unius conditionis familia, quosdā sibi quos benignius honestaret, & quos liberius erudiret, elegit, nunquid de summi patris & ueri dn̄i beneuolētissima æquitate causandum est, quod in magna domo eius innumeris differentijs uniuersa uariant? Cūq; nemo aliquid boni habeat, quod nō ille donauerit, non oēs tamen ijsdem uirtutibus micant, aut eadem charismatum dote ditant. Nec possumus hanc diuersitatem graduum causis aptare meritorum, cum totius boni meriti principalis causa sit gr̄a, de cuius opibus sumit quicquid in singulis probabile reperitur. Sicut ergo de ijs quæ intra ecclesiam multiformiter sp̄us sanctus operat, impium est ullam querelam corde concipere, ita etiam de illa prouidentia quæ in fidelibus præsidet, nullatenus murmurandū est. Qm̄ & iustus & bonus arbiter nec uoluntatis iniquæ est, nec discretionis incertæ, ut sub immensa omnipotentis dei misericordia atq; iustitia putes

mus, q̄d quisq̄ q pereat, pire nō debeat. Nulla ps mūdi ab euangelio uacat Chri. Et licet illa gn̄alis uocatio nō qescat, tn̄ etiā ista specialis iā uniuersis ē & facta cōis. Ex oī gente, ex oī cōditione adoptant quotidie milia senum, milia iuuenum, milia paruulorum, & effectibus grāe Christianæ, etiā ipsa quibus mundus atteritur, arma famulātur. Q̄multos em̄ q in trāquillitate pacis sacrm baptismatis suscipere differebant, ad aquam regnationis confugere instātis periculi metus impulit, & lentis tepidisq; animis q̄d diu cohortatio quieta non suasit, minax subito terror extorsit. Quidam ecclesiæ filij ab hostibus capti, dominos suos Chri euangelio mancipārūt, & quibus cōditione bellica seruiebant, eisdem fidei magisterio præfuerūt. At alij barbari dum Romanis auxiliant, qd in suis locis nosse non poterant, in nostris didicere regionibus, & ad sedes suas cū Christianæ religionis institutione remearunt. Ita nihil obsistere diuinæ grāe potest, quo minus id q̄d uoluerit, impleatur. Dum etiam discordiæ ad unitatē trahūt, & plagæ in remedia uertunt, ut ecclesia unde metuit periculum, inde sumat augmētum. Ad quodlibet igitur rerum humanarum exitus se nostra conuertat inspectio, nulla secula, nulla negotia, nullos gn̄ationum ortus atq; decessus ab æternis & inscrutabilib. iudicijs dei uacare reperiet. Oēs uarietatum compugnantiæ, & uniuersæ dissimilium prouentuum causæ, quas inuestigare & discernere nō ualemus, in illa æterna scientia simul notæ simulq; diuisæ sunt. Et nihil ibi inordinatū est, etiā de necdum existētium qualitatibus actio

num. Qm̄ non est in deo accidens motus, aut noua uoluntas, aut temporale consilium, nec cogitatio eius cum rerū mutabilium inæqualitate uariatur, sed cuncta pariter tp̄a & temporalia, sempiterno ac stabili comprehendit intuitu, & omnibus omnia iam retribuit, qui quæ sunt futura, iā fecit. Hinc illud est beati Pauli ap̄li scribentis ad Ephesios: Benedictus deus & pater dn̄i nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus in Chr̄o. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionē filiorum per Iesum Christum dominum nostrum, secundum propositum uolūtatis suæ, in laudem gloriæ gr̄æ suæ, & cætera, quæ sub eiusdem sensus prædicatione connectit, docens donum atq; opus gratiæ in æterno sp̄ dei mansisse consilio, oēsq; adoptionis filios non solum in eo tp̄e, quo iam existentes uocati sunt, sed etiam prius q̄ mundus conderet, electos. In qua electione quicqd hominū in Christo præcognitum non est, nulla eidem ratione sociabit. Omnes enim qui in regnum dei de cuiuslibet temporis uocatione uenturi sunt, in ista quæ secula cūcta præcessit, adoptione signati sunt. Et sicut nullus infidelium in hac sorte numeratꝰ, ita nullus piorum ab hac sorte discretus est. De plenitudine quippe membrorum corporis Christi, præscientia dei, quæ falli non potest, nihil perdit, & nullo detrimento minui potest summa præcognita, atq; in Christo ante secula æterna prælecta, sicut ad Timotheum scribēs Ap̄ls, dicit; Col- Ephes. 1. 2. Time. 1.

labora euãgelio ſecundum uirtutem dei, qui nos liberauit, & uocauit uocatione ſancta, non ſcdm opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora æterna. Contra hanc inuictæ ueritatis ſplendidiſſimam lucem ſolet quidam non ſobrie dicere, ſuperfluo ad acquirenda bonorum operũ merita laborari, fruſtra etiam orationibus, quibus deus exorandus ſperatur, inſiſti, ſi ex incommutabili propoſito eius Chriſtianæ gratiæ ſubſiſtit electio, nec aliter quicquam procedere poteſt, quam omnipotentis uoluntate diſpoſitum eſt. Sed qui ſe ingenioſe hoc arbitrantur opponere, non intelligunt ſcientiam dei, quæ & præterita, & præſentia, & futura complectitur, tempore non teneri. Et tã in conſpectu eius aſtare ea, quæ gerenda ſunt, q̃ illa quæ aut geruntur, aut geſta ſunt. Qđ cũ ueriſſimũ ſit, non indiget mora cernẽdi & diſcernẽdi illa uirtus, quæ ꝑpetuo ueroq; cõtuitu creata & creanda, orta & oritura, acta & agenda ſimul aſpicit, & quicquid in uniuerſitate rerum ꝑ ſecula præfinita euoluit, ac multimodis uarietatibus explicat, id totum in eo iam ordine comprehendit, quem ex ipſius ſummo illo perfectoq; iudicio mundi huius finis accipiet. Hæc aũt æterna & ſemper tranquilla cognitio, nulla nos urget neceſſitate peccãdi, nec inde manat iniquitas unde iuſtitia. Quia cum bonus deus oĩa bona fecerit, & mali nulla ſit omnino natura, a liberis uoluntatibus, quas utiq; bonum fuit liberas fieri, ſpontanea eſt orta tranſgreſſio, & natura mutabilis, cuius incolumitas ab incommutabili pen

debat essentia, a summo se bono, dum proprio p uerse delectat, abrupit, cui nūc ruinæ medet gr̃a dei. Et propterea Iesus Christus uenit in hūc mū dum, ut soluat opera diaboli, quæ utiq; sic soluūtur, ut in destructione eorum etiam ab ijs quibus succurritur, laboret, quoniam & hoc a saluante donatur. Ideo beatus Apostolus: Nō solum aūt, inquit, sed & gloriamur in tribulationibus, sciētes, quod tribulatio patiētiam operat, patientia autem probatiōem, probatio autem spem, spes aūt non cōfundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui dat9 est nobis. Itemq; idem ad Ephesios: Gr̃a (inquit) saluati estis per fidem, & hoc nō ex uobis, dei em̄ donum est, non ex operibus, ne quis glorief. Ipsius em̄ sumus figmētum, creati in Christo in opibus bonis, quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus. Deus ergo his quos eligit sine meritis, dat unde ornentur & meritis. Et frustra dicit, quod ratio operandi nō sit in electis, cum etiam ad hoc operentur ut electi sint. Virtutum quippe munera otiosa esse nō possunt, quoniā sicut ueritas ait: Omni habenti dabitur, nō habenti autem etiam q̃d habet, auferet ab eo. Nō igitur ad hoc datur continentia, ut concupiscentijs nō repugnet. Nec ideo cuiquam tribuitur sapientia & intellectus, ut non die ac nocte in domini lege meditet. Quid agit donum dilectionis, si beneuolentiæ solicitudo nō uigilat? Quis fructus est patientiæ, si nō habet fortitudo q̃d toleret? Aut quomodo in Christo pie uiuere ostenditur, qui nulla persecutione pulsatur? Vel pax quæ est a deo, et cū deo, nunq̃d

1. Joh. 3. | Roman. 5 | Ephes. 2 | Matt. 25

bene quieta est, si nō discordat a mundo? Aut amor dei poterit sine diaboli inimicitijs obtineri? Neminem prorsus dei grā intentabilem facit. Neque ob hoc cælestium armorū præsidio a dextris & sinistris instruitur Christiana militia, ut nullo cum hoste confligat, cum laudabilius sit atq; felicius pugnantē non potuisse uinci, q̄ desidem non potuisse tentari. Orationum uero solicitudinem diuinæ electionis proposito nō resolui, uno testimonio euidēter probabo, ut cætera studio breuitatis omittam. In libro igiť Tobiæ ad filium eius

Tobie. 6. Tobiam Raphael angelus dicit: Memor esto mādatorum patris tui, quoniam præcepit tibi accipere debere uxorē de genere patris tui. Et nūc audi me frater, noli computare dæmonium illud, sed postula eam. Et scito quoniam dabitur tibi hac nocte uxor, & cum intraueris in cubiculum, tolle de iecore piscis illius, & impone super carbones, & odor manabit, & odorabit illud dæmonium, & fugiet, & non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Et cum cœperis uelle esse cum illa, surgite primum ambo, & deprecamini dominum cæli, ut detur uobis misericordia & sanitas. Et nolite timere, tibi em̄ destinata est ante secula, & tu eam sanabis. Quāuis ergo quod statuit deus, nulla possit rōne non fieri, studia tamē non tolluntur orandi, nec per electionis propositum liberi arbitrij deuotio relaxať. Cum impleri dæ uolūtatis dei ita sit præordinatus effectus, ut per laborem operum, per instantiam supplicationum, per exercitia uirtutum fiant incremēta meritorum, Et qui bona gesserint, non solum secū-